

ac non tam ob Regis aetatem, quam ob ipsius vita discrimen, tam multis sese belli periculis quotidie obiciens, suspensa, die nocteque apud eum lamentabatur, se miseram, atque omnino deceptam vocans; cum non aliam ob caussam, è sinu patris, tamque remoris locis ducta fuerit, quam ut, aut alterius spretè locum subiret, aut cuiusdam quoq; pellicis iniurias pateretur: quin, ut priuigno superbo, ac insolenti pareret, atque multorum exhaeredum liberorum mater calamitosa fieret. Verum enim Regem, non modo Reginæ, vera plane dicentis, verba cruciabant; sed Petri quoque Principis ex ea annos iam octo nati, quem summe diligebat, mirifica virtutis indoles; atque præclarissima quedam pucro innata dignitas, vehementer commouebant: quod hæc heroïcarum illius virtutum certam spem afferrent, vnuisque videretur, qui posset paternas laudes etiisque præclarissimas res gestas in multa sæcula propagare. Qualium sanctæ virtutum in Alfonso iuuene, nunquam à materno gremio diuulso, nullum apparere vestigium videbat. Quia etiam, & reliquos liberos, quos singulis fere annis è Regina procreabar, exhaeredes relinqui, tam male ipsum habebat, ut nulla cura maior exederet ipsius animum, nullus etiā angor conficeret acetibus. Vnde si epè quidem ille, Reipublica labores, seu pace, seu bello, domesticis longe esse tolerabiores dicebat: quod illi suas, vicimq; intermissiones, quibus refici, atq; respirare possit animus, habent: iuero, nullas. Sicq; inter tam multas curas domesticas, se penumero risum tenere nō poterat, eo quod se, tot licet auctum, atque amplificatum Regnis, tamen in filiis duntaxat quinque quos tunc habebat, collocandis, maior quā pauperimū quemq; hominem multo plures habentem, premeret anxietas. Quibus de caussis naturæ potius, quam suæ gentis iure uti volens, Regna quæ vnitatum primo nato, dū esset is vnicus, adscribi fecerat, nascentibus ei fratribus diuidenda, atq; ratione seruata, partienda esse decreuit. Igitur hæc diu secum meditatus, conuenitus Aragonensem Darocæ egit: ad quos Ilerdensis quoq; ciuitas Legatos misit. In quibus Alfonsus, Regis ex Leonora filius vnicus, ad Regnum Aragoniæ successor est declaratus, atque ab omnibus Aragonensisbus, etiam ab Ilerdensibus Princeps constitutus. Nam ut Cataloniae principatum Petro primo ex Iolante nato cum maiori gratia Alfonsi, & Aragonensem tradi posset, Rex prolatari illud voluit ultra Cingam flumium, ad ripas usque Sicoris, ac Ilerdenses sub illo comprehendendi. Itaque conuentibus ibi actis, Barcinonem se contulit: ubi similes quoq; Catalanorum acti fuerunt, atque ad eundem modum in eis Petrus Princeps, & successor ad Comitatum Barcinensem, & Cataloniae principatum, deceidente Rege, fuit quoq; declaratus: conquerentibus subinde Catalaniis, atq; dubiam ei fidem prestare significantibus, ob constitutionē paulo ante Darocæ editam, quæ Ilerdensis ciuitas cum toto interiecto tractu, inter Sicom, & Cingam fluvios, è Catalonia, atque Barcinonensi Comitatu discriminabatur. Ex quo fraudari se maxime sentientes, apud Regem conquesti sunt, ostendentes, maiorū ipsius Regum constitutionibus constare, inducias Catalanis fieri solitas fuisse quidem, à Cinga ad Salsulas, inclusò Ilerdensi territorio. Quamobrem iudicem, qui sui admodum iuris tenaces sunt, Regi palam dixerunt; se, nisi abrogato prius edicto, atq; conservato antiquo quosib; iure, & possessione ciuitatis ac ditionis Ilerdensis, nequaquam eam Regnum divisionem comprobatus. Quibus ut morem Rex gereret, coque facilius ipsos in suam sententiam pertraheret, priore abrogata, altera constitutione sanxit, Barcinonensem Comitatum, & Catalonia terram à Cinga flumine ad Salsulas contineri, Aragoniæ vero fines, ut prius, à Cinga Farizā usq; terminari. Qua antiquata cōstitutione pacati Catalani, Petrum libertissime, ut suum Principem, & ad Regnum successorem complexi sunt. His constitutionis finibus, maior est orta dissensio Aragonensisbus ob Ripagurtiæ & Palliaræ ditiones, quæ sunt ultra Cingam: quas Ramirus & Sanctius, Sanctiique filii, Petrus & Alfonsus Aragoniæ Reges, belli iure acquisierant, atque Regno adiunxerant; ideoque ipsi, in quo iudicio, se ab illis excludi, conquesti fuerunt. Vnde iisdem sollicitantibus, Alfonsus Princeps à Rege dissidere, atque ab eius amore & voluntate paulatim alienari cœpit adeo insolenter, ut studiis Aragonensem in Alfonsum accensis, res ad arma deduceretur. Cum igitur Calatauibii esset Alfonsus, conuenere ad eum non pauci ex Regni proceribus, se se ad omnia paratos offerentes: populariter id quidem, atque ingratu animo, pronouo, & nondum cognito, neque perspecto Rege, veterem bello, patet que probatissimum, & sapientissimum aspernantes. Quorum Ferdinandus patruus, qui senio, atque ætate ingrauescente, iam se abbatem montis Aragonum nominari permiserat, atque à Rege alienato semper animo, nunc autem aperto in eum odio fuit, primus Alfonso contra patrem, se nunquam defuturum promisit. Deinde alii, quos Rex non solum per quam multis muneribus affecerat; sed etiam oppidis, & Principatibus.

donati erat, in Alfonsi partes abierunt. Quas etiam secutus est petulantissime omnium Petrus Portugallensis, qui dimissis Balearibus, ut diximus, se in continentem transulerat. Itaque diuisa inter se erant omnia; atque ciuitates, & oppida Aragonii & Valentini Regni in bellum intenta erant, & ad arma conclamabant: nullis quidem in neutram; sed singulis in alterutram partium propensis. Ex quibus, virique Regno magnum portendebatur excidium, & execranda ruina: eoque certius, si Rex Castellæ Ferdinandus, ut timebatur, in Alfonsum inclinaret, cum illius Principe Alfonso successore, qui tum in armis erat, atque cum magno exercitu multisque Castellæ proceribus comitatus, auxilio venerat Murciensibus; qui captis armis à Granateni Rege descuerant: ideoque oppida & loca quedam tanquam obsides, Principi tradiderant: quibus occupatis, bellum ille finitimus Valentini Regni oppidis inferre coepera; praetextus pertinere ad se illorum expugnationem ex antiqua diuisione Regnorū, atq; ex pacto inter Aragoniæ & Castellæ Reges. Accedebat quod Sanctius Mažuelus Centurio præsidiarius illorum finium, cui Princeps Alcapdetum, & alia oppida ex Murciensibus dono dederat, cum præfecto oppidi Algeziræ Contestanorum, quod, ut diximus, interluit Sucro, atque omnium Regni munitissimum est, interque Setabim & Valentiam positum, aliquid de ditione Alfonso facienda egerat: ex quo Regi omnia suspecta esse coeparent. Quamobrem ductis secum Vngone Folcalquerio promagistro præfecto Ampostæ, cum equitatu sui ordinis, & parte exercitus, qui in præsidiis erat, Setabim profectus est, vbi castra posuit, non tam ut Setabiranos obsideret, atque suo conterreret aduentu; quā ut Algeziranos commertio & cōmunicatione Castellanorum prohiberet; utque propior esset illorum agris depopulandis. Interim dum oppugnationi, atque ad moēdis machinis datur opera, Setabitani equites quotidie in Regia castra erumpabant; viritimque, aut purmatim, præclara virisque committebantur minuta prælia: intentis amētū à Rege insidiis in Algeziranos, si quos posset, aut intrantes aut exeunte Castellanos cōprehendere, deq; suspectis cōsiliis certior fieri. Quod intelligens præfectus, sibiq; persuadēs Regi iam nota esse, que ipse cum Castellanis machinaretur, totamque Regis iram & obsidionē, in se, ac oppidum conuertendas, triginta sumptis equitibus, sub ipso noctis conticinio, oppido excessit, seque ad Murcianos cōtulit. Oppidani verò à Præfecto destituti, continuò Regi se libenter dedituros significarunt, modò prædia retinerent; ac etiam sectam Almohadum, qua initiati fuerant: erat enim superstitionis quædam Mahometanorum disciplina; Quibus concessis, oppidum omnium munitissimum Regi traditum fuit. Est enim illud in loco plano situm, muro atque turribus circundatum; Sutrone magno fluvio feraces usque adeo illius agros reddente, ut omnibus propè fructibus, quibus Valentinus ager, præfertim moretis ad bombycum conficiendum opus, abundet: eodē quoque fluvio se bifariam diuidēt, & quasi in duo brachia aperiente; ac quo ad Insulam tantum oppidi capacem efficiat, iterum in unum coniungente; indeque oppido Arabice Algeziræ, Insularis scilicet, fuit nomen impositum. suntq; prætereà duo hinc inde pontes ex lecto lapide extucti, per quos in oppidū tantum est aditus; ut sit in oppidanorum arbitrio & potestate, quibus velint in Regnum, aut ingressum aperire, aut exitum præcludere: fuitque idcirco id oppidum ab antiquis clavis Regni appellatum, eamq; pro insigni gerit. Quod ingressus Rex ex tribus præcessis turribus, quæ ad portam Valentinam sit̄ erant, arcem cōstituit, eamque fossa cinctit, atque omni armamentorum genere maniuit: ibiique demum præsidia cum præfecto fidissimo posuit, atque Christianos à sarracenis separatos, intra arcem se continere iussit. Quo peracto, pactsque cum Setabitano præfecto initis, ab obsidione recessit, occasione literarum, quæ ad eum Lutetia Parisiorum à Gallorū Regē datæ fuerunt, quibus rogabat Regem, ut veniret in Aquitaniam, conuēturos enim ambos, atq; de arduis Regnorū vtriusq; negotiis acturos; in Arvernis, sub ipsis Pyrenæorum iugis, ad sacram diuæ Mariæ Podiensis Aedem. Quo Rex honorifice, Regieque cōmitatus perueniens, mirè letatus est occasione eius visenda ædis celeberrimæ. At Gallis igitur magnifice exceptus, confessis negotiis (de quibus nulla est in Commentariis Regis peculiaris facta mentio) in Catalonia remigravit. Inde verò Cæsaraugustam progressus, diuino factum est numine, ut sedandis tot inter Castellæ, & Aragoniæ Regna dissensionibus, ac etiam inter Reges similitatibus restinguendis, nec non sarracenis communis cōsensu, bello perseguendis, pactions, ac noua foedera invenientur: eaque matrimonio Iolantis, filiarum Regis natu maioris, & Alfonsi Castellæ Principis conciliarentur. Valeoretum igitur quæ Pintia esse plerisque iam videbunt, per honorifice deducta Iolans, nuptiis concordie & alacritatis plenis, cū Alfonso erit quisque, ubiq; misere bellicosus, et diuīnum aliū in superiore coniuncta.

coniuncta fuit. Post hæc Rex ad compescendos insolentes quorundam Aragonensium procerum conatus, qui Alfonsum Principem filium ab ipsius voluntate & obedientia deducere nitebantur, ex quo Regnum in partes diuidi cooperat, atq; tranquillus Reipub. status perturbari; dies multos in Aragonia manere voluit; suaq; præsentia & affabilitate, flectere ac moderari animos; & Alfonsum & quiorem sibi reddere. Qua causa conuetus generales Osca agi voluit; vt Aragonenses, quo tot annis in armis tecum esse fecerat, ipsoq; efferati bello, atq; victoriis insolentes, in iis, quæ pacis erant, sese superbe, atq; immoderate gerebant, disciplina quoq; pacis erudire, sanareq; & ad meliorem vitæ frugem reducere curaret. Ac vt illorum animos, quorum corpora armis munierat, legibus, sanctisq; institutis imbueret, procerum atq; ciuitatum consilio, accitis ab ipsa Oscensi, ac etiam Ilerdensi inclytis & antiquis Academiis, viris undequaq; peritis simis, leges, ac vetusta Regni plebiscita, institutaq; maiorum, in unum corpus redigifecit: quorum quæ obscura erat, explanari; quæ diminuta suppleri, mendosa corrigi; & ad perspicuitatem, claramq; rerum, atq; verborum intelligentiam omnia reduci curauit; vt secundum id ius emendatum, causæ, & controversiæ omnes dirimi, ac iudicari possent. Præterea ad vitandos tot litium anfractus, & controversiarum, quæ ex aliarum legum discrepātia, ac variis, & detoris interpretationibus quotidie otiri solent, persancta appetidice sanxit, vt in his, quæ dubia essent, neq; huiusmodi institutis decisa, iudices non ad alias scriptas leges, sed ad arbitriū boni viri confugerent. Adeo is summus Princeps, nullo armorū strepitu, sed inter arma, legib. scriptis, iudiciisq; cōstitutis, Aragonēs glorioſissimè subegit. Nam antea, patriis duntaxat moribus, instituti, q; ciuibib; maiorum, facinorūq; vītatis exēplis, iisq; per manus traditis, vñi fuerant: ideoq; ſaþe quod iultū erat ignorantes, ius cum iniuria confundebant. Quæ postquam expediuīt Rex, atq; vt rata diuulgari fecit, non nihil otii; & à negotiis Reipub. & à bellicis naestus, ad domestica, Iolante procurante, conuersus, Regna sua denuo liberis diuidere decreui: certissime sciens nullo posse auctiori vinculo, tam à maiorib. accepta, q; à ſe parta Regna, integræ, ne dilabetur, retineri, q; cōstabilita liberorū inter ſe cōcordia. Quamobrē, vt Imperii fines singulis constitueret, Regna per designata oppida, tū pagos, montes, & saltus partitus est. Quæ partitio, quoniā à Hieron. Surita in suis tum annalib. Hispani, tum Indicib. Latini, speciatim & accurate perscripta est, eā hīc ad verbū ſubiiciendā duximus. Jacobus ex Iolante secundavoxe quatuor filios suscepérat, Petru, Jacobum, Ferdinandū, & Sanctiū; filias totidē, Iolantem, Constantiam, Sanctiam, & Mariam. Valentia ad xiiij. Kalend. Februarii, Alfonsum Aragonii Regni instituit hæredem, & ab Oriente Sole in Occidentem, Cinga flumine, Farizam vñq; & à Septentrionibus, diuæ Christinæ summi Pyrinæi saltu: in Meridiem, ad Aluētoꝝ fluum, finibus circumſcribit. Catalonia, adiuncta Ripagurtia terra, & his oppidis, quæ trans Cingā amnem debellata fuerant: & Balearicum, Insularumq; adiacentium Regnum, Petro filio attribuit, Jacobum Valentini Regni; & Ferdinandum Ruscinonensis Comitatus, Confluentia, Ceretania, Mompellerii ciuitatis, atq; ditionis, Castelnoui, Arcislateñsis, Frontinianæ, Omeladesii territorii, & iurium Melgoriensis, Pailiani, Lupiniani, Carcasonensis, Thermitani, Rodensis, Fenoliadensis, Gaualdani, & Comitatus Aimilianensis, hæredes scribit. Sanctiū ſacris initiandū Ecclesiæ dicat. Secundos hæredes ſubſtituit, neq; in hæreditatis partem filia ab eo vocantur. Sed ex Iolante filia nepotes ſubſtituuntur; modò Regni Castellæ ſuccessor, Aragonæ Regni hæreditatem non adeat: & is qui Regnum adeptus sit, Castellæ Regi ſubici non posſit. hæc ille. Ex qua Regnorum diuisione maiores conſequutæ fuerunt in ter Alfonsum & Regem discordiæ, ac diſſenſiones: non tam ob discriminatos à Regno Ilerdensis quam ob interceptam vniuersorum hereditatem: quam Alfonſus, cùm eſſet natu maximus, ſpe iam deuorauerat. Qua cauſa idem, cù Petru Portugalensi, ac proceribus ſuęfactionis, armorum ſubſidia a Rege Castellæ pōſcere, atque ciuitates, & oppida Regni commouere tentauit, obiiciens ad tuendum ſui Princepatus atq; Regni ius, in Regem, vel parentem, conſpirari poſſe. Verūm Rex, qui prudentia & magnanimitate cunctos ſuperabat, machinas, & noua contra ſe consilia, ſua conſpicienda, ac decoris, ſplendorisq; plena præſentia, perinde vt Sol nebulaſ, dissipabat; ſuaq; ſuauit affabilitate, auerſos animos, aut vrebatur, aut mire ad ſe pelliciebat. Quanquam in eum neque præſentem, neq; absentem, quicquam aperte inquam ausus eſt moliri Alfonſus. Interim perlatum fuit ad Regem, Rodericū Lizanam, quem Valentini præſidiū præfectum, atque totius Regni Vicarium reliquerat, cum quinque cohortibus, & vñā Almuguarum, quos in præſidio Regni Rex dimiſerat, excursiones feciſſe in eas Regnū partes, & oppida, quibuscum neque pactæ induciæ fuerant, neq; ad Setabitanos

spectabant; sed ad eos potissimum, qui hostiliter bellum in Christianos mouebant. Vnde excursione facta, dum in urbem cum ampla reuertuntur præda, atq; gollem quendam, quâ in Albaidensem conuallem est iter, non longe à Setabi perranseunt, vicini sarracenii Olearia & vallis, quæ cum Albaidensi committitur, vna cum elesto Setabitano equitatu, in eos impetum facientes, sauciato Almugauare, aliisq; fugatis, prædam è manibus eripuerunt. De qua re litteris Lizanæ factus Rex certior, letari visus est, eò quod rupto à Setabito præfecto fœdere, legitima sese causa obtulerit, ad obsidē denuò, atq; omnino oppugnandam Setabim. Quare præmonitis proceribus, quos sibi fidissimos habebat, eisq; Regnum comtiendans, ac rursum sumptis aliis secum, qui secretò Alfonsum sequebantur, in primis Ferdinandó patruo, præcipuo illius autore, ut factionē diuiderer, in Valcinos se cōtulit, atq; in itinere Saguntū sese ei dedidit, quod oppidū ingressus, illius Theatrum, ac vetusta sepulchra, cum vestigis Hippodromorum vehementer admiratus; auditio etiam antiquorum ciuium excidio miserabili, vix se continere potuit, quin eis illachrymatus fuerit. Sequenti verò die, abiit Valentiam, ibiq; Regio more exceptus, atque à præfecto factus omnium certior, quinque peditum cohortibus, cum equitibus centum, ac totidem se postea sequi iussis, Setabim præfектus est. Sed dum esset Algeziræ, quæ paulò ante capta fuerat, misit ad illius præfectum, ut continuò, fide data, veniret ad se. Quo veniente, petiit, ut oppidum cum vtraq; arce, nulla pacta conditione, sibi tradiceret, præfixo ei octo dierum termino; alioqui se flamma & ferro omnia ad ciuium usque internacionem vastaturum. Abeunte præfecto, Rex etiam cum Regina, Ferdinando, & proceribus, cum nonnullis equitibus, atque peditum cohortibus, Castulonem oppidum antea sibi à Setabitaniis traditum, abiit. Quo protinus venere legati à præfecto, per quos se ille excusauit, inquiens, non tanti fuisse excursionem in Licianam factam, ut ob eam esset ad deditiōnē compellendus. Procurante Rege, ut iuri, ac iudicio Fernandi staretur, legati, recusato iudice, abierunt. Miratus Rex illorum indies accrescentes spiritus, & insolentiam, ab exploratoribus didicit, in cauſa esse Castellanos, qui ab Alfonso eorum Principe, apud Murcienses cum exercitu agente, missi quotidie, secretò intrabant Setabim, ac præfectum, Alfonsi nomine, ad deditiōnē sollicitabant; data fide, se illico venturos ad oppidum obsidione liberandum. Id quod re ipsa comprobatum fuit. Nam erumpentibus Setabitaniis equitibus, ac patua prælia cum nostris committentibus, captus ex illis fuit à Petro Loberano Aragonensi nobili miles quidam cognitus Christianus, & Castellanus, atq; in castra ad Regē deductus. Qui tortus fasius est, se esse Christianum, ac fratrem Antistitis Conchenis: venisseque sapè Setabim ab Alfonso Murciā missum, mercatorem se simulanten tentorii barbarici magni precii, ibi confecti; ut ea simulata occasio cum præfecto agerer, ad futuram ei defensionem Alfonsi contra Aragonenses promittens, modò Setabis Alfonso traderetur. Quo auditio, statim dammarus est, ac morte multatus; propterea quod Rex, pridie eius diei, quo captus ille fuit, præcone edixerit, capitis pœnam interminatus; ne quispiam Christianus, inscio Rege, Setabim intraret, néve congressum, aut sermones cum Setabitaniis haberet: sectus facientes, caperentur, & ad Regem deducerentur, eandem pœnam subituri. Per id temporis oppidum Enguera ditionis Setabianæ, sponte sese dedidit cohorti militum ab Alfonso missæ ad Setabitanos. Id omnium grauissimum Regi fuit; generum suum eò insolenter processisse, ut se presente, & obsidente Setabim, oppida, quæ eius essent ditionis, occuparet. Quapropter missi equites fuerunt cum bona parte peditum, ut excursions in Engueranos facerent: iamque in insidiis locati, decem & septem ex illis oppido exeuntes ceperunt: statimque Rex affuit, atque oppidanos per legatos hortatus est, ut se illico dederent: quibus renuentibus, atque Alfonsi auxilio fretis, conuicti q; in Regem iactantibus, iratus Rex, in eorum conspectu, ex arboribus suspensi iussit paulò ante captos ex eis: se simili supplicio ipsos affecturum communatus; quoad oppidum desertum, ac solo esset & equatum: Quæcum Alfonso nota fuere, misit legatos ad Regem, rogatum, ut colloquio inter se agerent: se enim huius rei gratia venturum Algeziram. Quibus respondit Rex, se nequaquam cum illo conuenturum usquam, quin prius damna, quæ sibi intulisset, compensaret. At Rex interim cum equite sui amicissimo, ordinis Calatravae, qui Vilienam, & Saixium, pro Alfonsō in præsidio habebat, egit, ut conseruatis oppidis, saltim castella sibi traderet, atque Aragonensem præsidia in eis poneret; quibus ille consensit. Quare missis equitatu, non solum castella, antequam subueniret Alfonsus, occupauit: sed obiter, eadem opera, Capdetanos, & Bugaram, oppida sarracenorum, quæ ditionis Castellanorum erant, ex improviso cepit. Quo nuncio obstupescens Alfonsus, denuò legatos misit ad Regem, ne grauaretur, medio in itinere, inter Almiziram,

vbi Rex castra posuerat, & Capdetanos, vbi Alfonsus tectoria fixerat in colloquiū venire: annuit Rex; eōq; processit cum Regina, comitanibus Guillermo Moncada, & Hospitalis ordinis Promagistro; Simone Perezio Arenosio, Carrocio, aliisque nō paucis equitibus. Cū Alfonso autem venere Magister Templariorum, & Vclensii, Lopezius Pharensis, dominus Vizaię, aliquique proceres Castellæ, & Galletiæ. Postquam convenerat, atque in campo, præter præcipuum negotium, nullum collocutifuerat, Alfonsus Reginam locum visurus, in Regia castra se cōtulit; quæ in ipso Almiziræ egressu posita erat: procurante verò Alfonso, vt in Regium t. bernaculum, quod ipsi fuerat apparatum, Iacobus migraret, in suum maluit: quod illicè prope Regium fixit. Vbi magna cum lætitia, diem cum nocte traduxerūt; tametsi in conuicta protinus illa versa fuerit. Nam sequenti die, Vclensis, & Lopezius tabernaculum Regis ingressi, ab eo petierunt, vt Setabim oppidum cum eius ditione, Alfonso traderet: quandoquidem nulla nuper debellati Valentini Regni oppida, filia Alfonso nuptæ, in partem dotis cōstitueret, quamuis se ille constituturum promiserat. Quod Rex cū risu excipiens; atque obiectum commētum promissionis, illorum potius sophismati (si forte audita promissione hæreret ipse) quād quod ita sentirent, attribuens: Reginæ, atque procerum consilio, illis respondit: Alfonso renuntiate; curam à se omnem abiiciat Setabis, eiusque ditionis obtainendæ; cum longè sit, atq; ab Aragonēsium Regum consuetudine alienum, ad Regias collocandas filias, quicquam dotis nomine adiungere: quo magis à vero abest, me filiæ oppida dote dixisse. Neque enim ipse cum Leonora eius amita quicquam dotis nomine accepi, tantum ergo abest, vt Setabim, quæ expugnationis iure ad me pertinet, pro debitio[n]e dotis ei, aut alia de causa, cuiquā hominum tradam. Instantibus denuò Legatis, atque cum precibus minas quoque iactantibus: tandem Regi palam dixerunt, præstare quidem oppidum ab ipso Alfonsum, quam ab illius præfecto (quod certum atque in manu erat) accipere. Ad quæ Rex subratus, multo sibi certus esse, respondit, neque Alfonsum capturum oppidum; neque præfectum ei tradere ausurum; neque quenquam nisi se ianitore illud vñquam ingressurum. Quo dicto ne ira magis exardesceret, procaci, insolentique Legatorum proterua commotus, eos dimisit, animo quamprimum inde, insalutato Alfonso, excedendi. Sed iisdem Legatis cum Regina denuò tem pertractantibus; in eam pactionē ventū est, vt stareret antiquæ finiū vtriusq; Regni diuisioni; atq; Murciēs Alfonso, Valentini Iacobo cederet. Utque Viliena, & Saxium, Capdetes, & Mugarra oppida, à Regi capta; Alfonso restitueretur. Rutsum Enguera, & Moxentium Setabitanæ ditionis oppida, quæ se Alfonso dederat, Regi traderentur. Itaq; confirmata pactione, atq; pacatis animis, post multos amplexus, suum vñquisque arripuit. inde iter Rexque tertio Setabim obsidere statuit; accitis vndique è Valentia, & toto Regno præsidariis militibus, atque machinis, vt oppugnationi extrema opera nauaretur. Quæ tanto fuit studio & contentione militum, spe prædæ, inita, vt die nocteque oppidum circunsiderent, & comparentem quemuis in muro, aut turribus, sagittis configerent; atque adiutu oppidi cunctos prohiberent. Ex quo oppidanî consternati animo, de deditio[n]e inter se egerunt: vidensque præfetus oppidum, eti[m] muro, milite & armis vndique munatum; tamen duorum mensium obsidione tolerata, commeatu & cibariis consumptis, fame opprimi; quin & deserente Alfonso, subsidii spem omnem tolli; Simonem Tobiam nobilem Argohensem sibi notum, qui illum iamdiu ad deditio[n]em adhortabatur, ac benignitatem Regis populo fore vtilem promittebat, ad colloquiū admisit. Iamq; pactione facta, Præfetus oppidum cum arce minori, in biennium retenta maiore, ac vita & resaluis, necnon facultate manēdi oppidanis in lecta Algeziranis permisfa, se dediturum præmisit: ac modò Montesæ, & Valladæ, propinquæ arces, sibi concederentur. Quæ pacta Rex audiens, ac cum Regina & proceribus communicans, visa sunt omnibus digna, quæ non respuererit; ne tam insignis oppidi possessio amplius differretur. Itaq; Rex & Regina, cum libertis & exercitu Setabim ouantes ingressi sunt: statimq; Rex captam arcem muniri iussit, eique Tobiam præfecit, cuius opera & industria eo fuit potitus oppido, structura & natura loci, vi diximus, munissimo, nec non priscis temporibus, præpter bellis collissimam eius gentem fama noto. Sequenti die Rex cum Regina, & vniuersi proceribus in magnam, atque profanam M. hometanam ædem ascenderunt: qua expiata ab Oscensi Episcopo (vacabat enim tum Valentina Sedes Aniſtite, vt dicimus) & altari in ea constructo, sacrum ibi solehne celebratum est, atque à Rege, & omnibus, immortales Christo & Virgini mari gratia acta, de tam felici successu rerum, & incremento Christianæ Religionis. Deinde curante Rege, viædes dirucrent, atque illius loco templum erigerentur; iustrata tamen illa, atque inuenita per ampla, & sumptuo-

sa, quin & tecto & parietibus, emblematis ac vermiculato opere mirè contexta,
 rogatus Rex fuit à Regina, atque ab Episcopo & proceribus, ut templum esset, neq;
 dirueretur: propterea maximè quòd oppidanorum facultates, tot obsidionibus, atque
 diutino bello conflictatae; vix reparandis tunc publicis ruinis sufficerent: tantum aber-
 rat, ut novo exædificando templo suppeterent. Quod Regi plaeuit, sic q; expiata ædes illa,
 consecrata fuit, atque Virgini Matri nuncupata. Quo tempore Arnaldus Peralta Epi-
 scopus Valentinus ad Cæsaraugustanum Episcopatum eueatus fuit, simulq; Valentino
 designatus Andreas Albalatus instituti Dominicanorum, Petri Albalatii Tarragonensis
 Archiepiscopi frater germanus: nam dissidente Canonicorum Valentinorum collegio,
 atq; diuersa sequente, dum agitur de electione, Pontificis Maximi concessu, Archiepisc.¹⁰
 Tarragonensis & Archidiaconi & præcetoris Ecclesiæ Valentinæ, in Arnaldi locū suffectus
 fuit. Qui summæ religionis Antistes, iuuantibus Canonicis, cœnobium Cartusiensem
 monachorum in agro Valentino construendum curauit, cui Portæ Cœli nomen est
 inditum, decimo ab urbe milliario, in loco contemplationi diuinitorum aptissimo situ,
 à septentrione & occasu altissimis septum montibus, ab ortu vero, & meridie apertum,
 ut per æquatam agri planitem pulcherrimus eius esset ad urbem mare usq; prospectus.
 Iam vero Setabi capta, subindeque tota Contestanorum regione, quæ terria est Regni
 pars, subacta, Rex Alfonsi filii molitionibus instigatus, Cæsaraugustam contendit; at-
 que, ut tot obortis Alphonsi querimoniis, & controversiis super diuisione Regno-
 rum satisfaceret, generales conuentus Aragonensium, & Catalanorum Alcanii e²⁰
 git. Quòd conuenientibus cunctis Regnorum proceribus, ac Ecclesiatum Antisti-
 tibus haud grauatus est Rex æquali iudicio cum Alfonso contendere. Verum illo
 absente querelis à Rege, & à Legatis Alfonsi propositis, auditisque, Iudices, qui de
 controversiis omnibus sententiam ferrent, à conuentu constituti fuere, Petrus Alba-
 latus Antistes Tarragonensis, ac Oscensis, Ilerdensis & Barcinonensis Episcopi; tum &
 Templarius Promagister Ampostæ præfectus, & Emporitanus Comes, aliique septem
 principes Aragoniæ & Cataloniæ viri; nec non Legati duodecim ciuiatum, quorum
 deliberationi ac iudicio Rex stare voluit. Quòd si horum iudicium Alfonsum, & Pe-
 trus Portugalensis sequi recusarent, se deliberationi summus Pontif. obtemperaturu
 spopondit: modò tam fœda dissidia sedarentur. Quare ex eis iudicibus protinus missi³⁰
 nonnulli fuerunt ad Alfonsum, & Petrum Hispalitum agentes: qui audita legatione,
 iurisiurandi religione adacti, polliciti fuere, se iudicium selectorum sententiæ parituro:
 non dubitantes fore, ut & regnandi ius, & successionis spes, Alfonso reseruarentur.
 Interim Regi, ac Iolanti Reginæ multi ex proceribus Aragonensisibus, ex Catalanis
 verò omnes, se aduersus Alfonsum adiunixerunt, quotum præcipui fuerunt Guillermus,
 & Petrus Moncadæ, Petrus Cornelius, Guillermus Ementia, Garcias Romæus,
 Simon Focius, Simon Perezius Atenolius, Sanctius Antilonius, & Petrus Martinus
 Luna; qui cum plerisq; aliis iurecurando polliciti sunt, se vitam remq; omnem pro Regis
 & Reginæ salute, pro filiis, proq; regio statu impensuros. Quibus R^t x gratias egit, seq;
 aliquando illos remuneraturum promisit. Itaq;, cum primum R^t x Legatos Hispali⁴⁰
 reuerti, atque Alfonsum & Petrum iudicium selectorum sententiæ parituros intellexit,
 continuo proceribus, ac quibusunque aliis, qui Alfonsi partes sequebantur, publica
 fide data, ad se venire permisit, ipsisque erpta bona rest: tui iussit, ac inducias cum eis
 pactus est, ut liberè iudicium sententiam quisque auditet. Legatis igitur in consilium
 reuersis, atque Petri & Alfonsi tabellis expositis, iudices de controversiis sic pronun-
 ciarunt. Vt paternæ voluntati filius par èret: vt pater filium Regni Aragoniæ, & Valen-
 tini procurationi præficeret, reseruato Catalonia Principatu Petro ex Iolante primo-
 nato: vtque Portugalensi campüs Tarragonensis, & Ebrosus Insula, aliaque bona resti-
 tuerentur, exceptis Morella, Segorbio, Sagunto, Almenara & Castulone, cis Valentiam:
 quæ oppida, & arces iudicibus traderentur, quo ad omnis cōtrouersia finiret; propter-
 ea quòd his arcibus, & præsidii munitus Portugaliensis bellum Regi contra ius fa^q
 intulerat. Demum, vt Rodericus Martinus Portugalensis ex sorore nepos custodia libe-
 raretur. His constitutis, Rex conuentum dimisit; venitque Cæsaraugustam, vbi Gotto-
 rum oppidum cū arce, Iacobo Balearici Regis Abohitis filio, qui: nre, vt diximus,
 Christo nomen dederat, ac eius posteris, iure hereditario donauit. Deinde confi matis
 suorum animis, ex quibus, industria Alfonsi, non admodum multos Cæsaraugustæ ob-
 tinebat, in Catalonia se contulit; Regina quoquouersum comite, atque continuo pro
 communibus liberis Regem sollicitante, ut de excipiendo Petro Catalani, quod cepe-
 rent, peificerent. Nam ex filiis Iolantis Ferdinandus natu minor ebierat; idēc quenq; va
 etat

erat Regnum diuisione opus inter superstites. Conuentus igitur Catalani Barcino Rex indixit, in quibus Regna partitus fuit, Petro Catalonia à Cinga ad Salulas, eisdem finibus, quibus illa Pyrenæis montibus, Arana Valle, & interno mari cōtinetur, attribuit; eiusque usufructu sibi reseruato, in possessionem illum immisit; ac protinus Barcino, aliæque Catalonia ciuitates, per Legatos solenni iurecurando addictæ fuerunt. Simili iurecurando proceres, atque Barones, etiismodi Regni assignationem substitutionemq; qua, Petro decedente sine liberis, Jacobum alterum ex Lolate filium, hæredem & successorem substituebat, tenendam & obseruandam, Petroq; omnē obedientiā præstandam, præsente Rege, promiserūt. Verū neq; defuerūt, qui Regē quodammodo crudelitatis, atq; perfidiae arguerent, propter hanc Petro factam assignationē tanto cum detimento, Alfonsi, quem Rex antea vniuersorum hæredem, atque ad omnia Regna successorem legitimum declarauerat; cuique Regna ipsa, & ciuitates in signum obedientiæ fidem antea dederant: eoque grauius, quod Petro decedente sine liberis, non Alfonsum, sed akerum ex secunda uxore filium illius hæredem & successorem substituebat. Verum enim uero, neq; sua legitima excusatione vacat, noua Regnorum a Rege facta diuisione, neq; omnino crudeliter & perfide cum Alfonso actum putandum est, quod reliquo illi Aragonio Regno duntaxat, a ceteris fuerit exclusus. Quin potius videtur redarguendus Alfonius, ut ingratus, atque impietatis, & maiestatis danandus; si profecto meminerimus, ex diuotio Regis cum Leonora Alfonsi matre facta, & à delegatis a sede Apostolica Iudicibus comprobato, quam facilis, atque honesta fuisset Alfonii ab vniuersa hæreditate depulsio; sed tursim quam libera, ingenuaque Regis, ac nullo iure coacta Alfonsi ad Regnum vocatio: cum neq; naturæ, neq; legib. neq; rationi etiam consentaneum esset, ut qui ex legitima & iusta uxore nati erant liberi, ei, qui ex dubia, incerta, atq; publico diuotio sciundet, procreatus erat, in hæreditate succumberent; cum eam potius ipsi contra ius sibi ablatam potuissent iure repetrere: ac non ex aliis tantummodo Regnis, sed ex Aragonio etiam illum expellere. Vnde cum neque se, neque bona sua nosset Alfonius, sed nimia regandi cupiditate accensus; & ex hæredari fratres procurasset; & à paterna se destitui gratia, & amore neglexisset; neque omnibus potitus Regnis fuit vñquam; neque Aragonio diutius; quotiam ferè cœlebs, & sine liberis, in ipso flore iuuentutis, è vita, ut dicemus, discessit. Præterea Rex alteram subiunxit assignationem; quam fecit Iacobo alteri filio, Regni Balearici, ac Ebusi Insulæ; quin vrbis etiam, ac vniuersi territorii Mompelleriensis: nec non alteram, qua eidem Iacobo Regnum Valentiniū cum omnibus Castellis concessit, eosdēque Regni proceres, & arcium præfectos similiter ad præstandam illi obedientiam iuramento adegit. Quapropter actis gratiis proceribus, atque ciuitatibus, conuentum dimisit. Interea Rex adhuc Lolante viua denuò diuexari cœpit à Teresia Vidauria; cuius, vt lib. 10. ostendimus, matrimonii causa ad Romanum Pontificem delata, & in ius vocato Rege, lis contestata fuerat. Quæ mansit quidem integra; præterea quod nulla pro Teresia firma & grauia testimonia dicerentur, donec recurrens ipsa ad Episcopum Gerundensem, quem matrimonii consilium esse sciebat, ab eo obtinuit, ut clam per schedulam ille testimonium ad Pontificem mitteret; quo dicto, matrimonium Teresiae reuiuscere, paulatimq; diuulgari cœpit. De qua relitteris suorum factus certior Iacobus, maxime verò de Pontificis animo in Teresiam propenso, tanta fuit ira succensus, suspicatus id non alio, quam Gerundensis testimonio, cui soli confitens enunciauerat, fuisse patefactum; ut protinus, non tam pro iniuriola perfidia, quam pro violato sacro confessionis mysterio, Episcopum ad se accersi iussit, cui Regiam ingresso, atque in conclave admisso, subito, ut fama fuit, à cubiculariis, à quibus fuerat comprehensus, lingua excisa fuit, indeque Gerundam remissus. Quod facinus sacrilegum, & atrocissimum, ut primum intellexit Pontifex, Regi diras omnes, & execrations obnunciare; atque vniuersa eius Regna Ecclesiastico supponi interdicto fecit: neque villas excusationis causas à Rege propositas admisit; donec Andream Albalti Episcopū Valentiniū Legatū Rex misit ad Pontificē, cū litteris summisionis, & obsecrationis plenis; quibus suam ille culpam agnoscens, nō solum liberationē ab ea, sed etiam errati veniam cum lachrymis deprecabatur. Qua legatione audita, continuo Pontifex humilibus Regis votis annuens, Legatos duos, Episcopum Camerinensem, & quendam magni nominis monachū, Desiderium, Pœnitentiariū, ut vocat, Apostolicum Ilerdam misit, amplissima potestate data, tum Regem à crimine expiandi, tum iusta quoque pœna multandi. Quare præsentibus Tarragonensi Archiepiscopo, & Cœlataugustano, Vrgelitano, Oscensi, & Elnensi Episcopis, aliisque Abbatibus, & proceribus

utriusq; Regni, cum promiscua populi multitudine, Rex de crimine & flagitio factilego
 in Gerundensem cōmissio acerbissime, atq; ex animo dolens, illudq; publicē confitens,
 & ex tradita formula detestans, à Legatis plenissimē absolutus fuit: modo cōnobium
 Benefacianum in montanis Dertosani agri situm locis, quod ante annos quattuordecim,
 post capram Morellam, in honorem sacratissimæ Virginis inchoarat, sumptuosissimē ex ædificaret, & perficeret: illudq; dote ducentarum marcharum, ut dicebant, argenti, in annos redditus locupletaret, & ornaret. Quin Hospitali etiam ac Xenodochio
 beati Vincentii extra muros Valentiae posito, quod capta vrbe ab eo erigi incœperat, sustentandis pauperibus & peregrinis, sexcentas argentum marchas in perpetuum
 erogaret; cum certo sacerdotum numero ibidem instituto, qui & diu na curarent, &
 pauperibus assisterent. Demum unum sacerdotem presby erum in Ecclesia Gerundensi
 constitueret, qui similiter diuinis officiis interesset, continueque Dominum pro
 Rege deprecaretur. Diploma vero absolutionis datum fuit Lugduni X. Kalendas
 Octobris anni MCCXLVI. Pontificatus Innocētii Papæ IIII. anno 4. qui tunc agebat
 Lugduni, atque priori Lugdunensi Concilio generali præerat. Absolutus vero Rex fuit
 à Legatis, Ilerda, decimo quarto Kalendas Nouembris eiusdem anni. Id enim signi-
 ficant Epistolæ duæ Regis ad Pontificem; quarum alteram dedit per Legatum Valen-
 tinum Episcopum: alteram gratiarum actionis p' enam misit ad eundem, impetrata
 venia. Harum Latine conscriptratum exemplar vñā cum tota absolutionis serie, ex ipso
 Benefaciani cōnobii archivio fideliter translatum, perlegimus. Quę eo quidem fuisse
 hic explananda duximus, ut tam sparsa, alioqui vulgi rumori de cōmissio Regis in
 Gerundensem crimine occurremus; demonstrata, tum occasione ad illud patrandum
 oblata, tum absolutione à Pontifice obtenta, tum demum satisfactione publica à Rege
 expleta; ne tacita expiatione criminis, iusta Regi nota ad ignominiam perpetuam
 inueterasceret: sed cum Davide Rege persancto, qui grauora forte commiserat, ac
 quia eum pœnituit; & veniam à Deo consequitus est, & in illius gratiam, populiq; famam
 restitutus: sic etiam Iacobus alioqui Rex optimus, & pius, quemque sui fæli
 maxime pœnituerat; non solùm absolui ab illo meruit, sed miserante Domino, & eidē
 reconciliari obtinuit, & bonum nomen, quod tantis suis rebus gestis affecutus est, per-
 petuæ posteritatì propagauit. Cæterum quòd ad Teresiam attinet, nihil amplius can-
 dem, Iolante viua, commolitam fuisse comperimus, ac neque eius ex Rege filios Iaco-
 bum & Petrum cum aliis ex Iolante fratribus, consuerudinem yllam habuisse legimus:
 donec mortua Iolante denuò, quę in causa acta fuerint, decimo nono libro ostendemus.
 Quanquam Iolantis paucos post annos, cum esset Barcinone, atque ad Regem tum
 Valentiae agentem proficisci pararet, lenta quadam febricula correpta à medicis fuit
 prohibita, ne se viæ daret: sed ingrauescente morbo, cum adhuc media ætate esset,
 de eius tamen vita fuit desperari cœptum: quòd ea tot fracta laboribus, tot exhausta
 partibus, tot denique animi angoribus confecta, ob dissipatos præsertim de prosperis
 apud Pontificem Teresiæ conatibus rumores, ac etiam sibi persuadens, non defuturā
 Petro, & Iacobo filiis magnam rerum perturbationem, mœsta semper esset, atque acer-
 bam sibi vitam putaret. Itaque obsignato Oscę testamento, quo Petro, Iacobo, & San-
 ctio filiis Comitatum Posaniæ in Vngaria, Regi fratri commendatum, legarat, pio
 tandem, atque æquissimo animo, se totam Deo, Virginique matri commendans, è vita
 cessit; magno sane sui desiderio relicto: quòd ea quidem sanctissima, prudentissimaq;
 fœmina, multis, excellentissimisque virtutibus ornata fuerit. Quam Rex ex animi sui
 sententia vxorem habuit charissimam, & fecundissimam: ac non modò sobolis
 verū omnium etiam consiliorum, laborumq; participem & sociam. Vipotè quę ipsum
 bello paceq; semper secuta fuerit; & quam neque continuæ gratuidates; neq; frequen-
 tes partus (nouem enim edidit annis quindecim) impedierint, quomodoq; in
 tabernaculis, interq; armorum strepitum pareret: ideoq; perdigna, quę à Rege tenetet
 redamatetur; & filios videret, tot, tantisq; Regnis decoratos. Vnde à mœsta, atq; pulla-
 ta ciuitate, in quam illa semper officiosa fuerat, perhonorisfè, Regioq; more, iusta ei
 facta fuere; atq; ad Vallem bonam, quō ipsa voluerat (cōnobium id est sacratum vir-
 ginum ordinis Cisterciensium in Catalonia) cum magna funeris pompa lata fuit, at-
 que ibidem humata: cuius obitum Rex tulit, vt par erat, quam acerbissimè; ac de-
 nuò iusta ei Valentiae fieri curauit; multisque diebus tristis, ac lachrymabundus fu-
 it. Iam vero idem Valentiae agens, cum in eo totus esset, vt suscepit tot annis
 expeditionem Valentianam ad finem perduceret; ac pauca quædam vltro Sucro-
 nem oppida extingnanda essent; duo ad eum Sarraceni venerunt ex oppido
 Biatio,

Biarie, quod in extremis Regni finibus versus Murcienses situm est, atque arce in primis munita protectum. Ii ex primatibus oppidi se esse professi sunt, atque cognatione, affinibus, & familia potentes, ut medium ferè partem oppidi comprehenderent; esseque in ea sententia oppidanos significarunt, ut oppidum cùm nullus esset, neque ex Valentini, neque ex Murciensibus, qui defendere, Regi tradere vellent: freti iisdem conditionibus, quibus Setabitanos, Regem ipsos admissurum. Sed facta prius fide, vera esse, quæ de se illi prædicarant, Rex illico Setabim cum magna manu peditum profectus est; indeque sumpto equitatu, Biarianis se postridie in oppidum venturum, per alterum eorum, qui ad se venerant, nunciari, fecit; retento altero, tanquam oblide, ac futuro etiam itineris duce. Vbi verò in conspectum oppidi Rex venit, oppidanos permultos in armis esse, atque ad dimicandum, potius quam ad pacatè excipendum, paratos inuenit. Tum Rex Saracenum ad eos permisit ire, at illi intentis in eum hastis, Regios appropinquate prohibebant. Admiratus Rex, suamque fuisse decepram expectationem ratus, castra in itinere Moxentii oppidi, citra fluuium ponit iussit; ibique se ille triduo sarracenos exspectans continuit. Vbi vero eos frustra præstolatur, collustrari omnia circum oppidum loca iubet, atq; in collem quendam oppido propinquum qui arcis imminet, interiecta conuale, castra murauit; eaq; vallo circum muniri fecit; animo non abscedendi inde, nisi capta arce, atqua diruto oppido; ad idq; reliquum equitatum ab urbe eō venire iussit; propterea quod ex paucis interim commissis præliis cum oppidanis intellexit, strenuos sexcentos equites inueniri inter eos, qui fortissimè dimicarent. Quo tempore rigente bruma, atque frigore sequente, inopportuna erat in monte castrorum collocatio: ideoque Rex brevi oppidanos oppugnare statuit, adhibitis machinis in eam partem collis, quæ arcis è regione imminet; quin & vniuersum equitatum media in conuale spaciari iussit, ut præsidio esset peditibus in montem, vbi arx posita erat, secretò ascendentibus; scilicet ut & debiliora arcis loca explorarent, & rimas, quas machinæ & balistæ ficerent, inspicerent; irruptionemque, si qua fieri posset, tentarent; ac etiam ut è summo iugo oppidum, eiusque ad oppugnandum, aptiora loca deligerent. Noctu igitur de tertia vigilia, emisso equitatu, uno simul tempore, à machinis, atq; à peditibus coepit est oppugnatio. Verum ut primum audita tormenta, & machinæ fuere, tam repentina fuit oppidanorum equitum in nostros irruptio, ut turbatis equitibus, necesse, fuerit plerosque sauciatos, se recipere, peditesque interim, qui in montem ascenderant, dubia adhuc luce, cognito periculo, dilabi, & per diuersa loca in castra reuerti. Sed iterum ac saxe, contendente Rege, atq; continua eiusmodi irruptionibus oppidanos vexate; neque permittere eos pecuaria, & apiaaria, quibus maxime viuunt, exercere, factio, quæ sarracenos ad Regem miserat, prædicata eius clementia, & liberalitate erga Setabitanos, ausa est ditionem populo suadere. Quo annuente, prefectus arcis non parum conquassata, eosdem illos sarracenos ad Regem remisit, ut dicarent, Biarienses cum eorum oppido se ei dedituros, si iisdem, quibus Setabitanos conditionibus, reciperet. Placuit Regi conditio, eamque ratam se habiturus promisit; ac protinus oppidum, cum magno omnium applausu, ingressus est: quo potitus, oppugnationi Regni finem imposuit. Ac propterea quod illud extremum Regni esset, & proximum Murciensibus, refectionem Christianorum præsidio firmavit; in quam ascendens, mire delectatus fuit apertissimo, latissimoque camporum beneculorum prospectu, se versus Murcienses extendente: multoq; magis gustato suauissimo liquore mellis, cuius uberrima est in eo oppido copia, eaq; ob illius excellentiam, existimatio, ut Romanis etiam notum olim, magniq; habitum mel fuerit. Albescit enim illud viqueadeò, atq; in vrceis frigore quasi concrescens sic cogitur, ut saccharum non modò colore, & sapore mire referat; sed ut illud tanquam glarea dispergatur: nec dubito fuisse olim oppidum ab ipsis Romanis Apiarium, ab apibus mellis conditricibus vocatum, sed inuertente vulgo, nuncupatum Biarium. Regi igitur inde Valentiam reuertenti traditū fuit oppidum in itinere, Castallia dictum, munitissimum illud, satisq; bellicosa gente defensum, atq; iuuandis Biariensis necessarium: tametsi ipsum quidem, non iure belli, sed dono Arenosi generi, & heredis Abuzethii, cuius fuerat oppidum, venit in potestatem Regis: quod quia propinquum Murciensibus, atq; in eo Regia necesse erat collocare presidia; data sunt Abuzethio oppidula Chestiū, & Villamartiana, vrbi propinqua, Castallia autē Regi cessit. Demū cùprimum reliqui totius Regni sarraceni, qui debellati nō fuerant, intellectere Regem, & Setabi, & Biario esse potitum: illico, se, suaq; oppida, & arces, à Sucrone usque ad Murcienses sita, similibus pactionibus, illi tradiderunt: atque in hunc modum vniuersa Valentini Regni expugnatio gloria sapientissimi Regis.

constantia, & armis, fæcissimè confecta fuit; tribus cum ipso Regno subactis Regionibus: Contestanorum, ut diximus, ultra Sucronem, vsq; ad Murcienses. Aedetanorū citra Sucronem, ad flumen vsq; Idubedam. Illegaonum verò, ab ipso Idubeda vsq; ad Cataloniae limites.

BERNARDINI GOMESII

MIEDIS, ARCHIDIACONI SAGVNTINI, DE¹⁰

VITA ET REBUS GESTIS IACOBI PRIMI REGIS ARA-
gonum, cognomento expugnatoris.

LIBER XV.



Vo tempore, Valentino confecto bello, Rex se se in urbem ad ea, quæ pacis essent, reuocarat, vt illius augescentis indies amplificationi operam daret, allatus est ei nuncius e Castella, Regem Ferdinandum III. post deuictam suoque Regno adiunctam maiorem Bæticę Prouincię partem, Hispali febri correptum obiisse. Quo nuncio²⁰ tam grauiter, acerbeq; aff. etus fuit, vt sese illico in interius conclave abdiderit, ac à publico multos dies abstinuerit, atq; illius consoceri, tanquam fratri germani interitum, tristitia & lachrymis vehementer prosecutus fuerit. Hanc Iacobi singularem charitatem proceres, præsertim, qui cum eo e Murciensi Regno venerant & Alfonsi excursiones in Valentinos represserat, summopere mirati sunt; quod illius interitu tantopere angeretur, qui in expeditione contra Valentinos, non modo nullum laboranti Regi auxilium miserit; sed illius etiam hostibus, submissis clā subsidiis, animos cōtra ipsum addiderit: atq; inter alia maximè, Setabitanorum deditio-³⁰ nem longo tempore impedierit. Quos ille sermones à domesticis relatōs, his verbis refutauit. Non possum equidem non mirari tarditatem, ac stuporem vestrum; quod de ea quæ mihi semper cum Ferdinando Rege inuictissimo intercessit, charitate & necessi-
tudine, perinique, atq; aliter quam res est, iudicetis: quodque eum, quem ego perpetuò, vt debeo, colui tanquam fratrem, cuiusque ope & armis omnia contra sarracenos bella confeci, auero, atq; alienato, dum vixit, à me animo fuisse existimetis. Quæ enim ille bella Bæticę Prouincię sarracenis intulit; ea quidem nobis tum victoriae, tum etiam triumpho de Valentinis fuerunt. Nam dum Cordubense, atque Hispalense, duo potentissima Regna, à Mauris idem vi cepit, adeoque Granatenses omnium bellico-
fissimos repressit, vt in suum illos quasi angulum compulerit; an non hostium prope infi-
nitorum multitudinem, aliqui ad Valentinos conuolaturam à nostris ipse ceruici-
bus depulit? Nonne in sustinendis, atq; auertendis illis, talem se erga nos præstitit;
quales & nos erga illum? qui Baleares, & Valentinos, nostro implicatos bello, ne mari
terraque Bæticis auxilia ferrent, continuimus? nec dubium, quod depositis in com-
muni periculo odiis, sarraceni sese mutuo adiuuassent auxilio, iunctisque viribus,
nostras penitus protriuiissent, & labefactassent. Sed diuino plane factum est munere,
vt uno simul tempore ille Bæticam, nos verò Balearicam, & Valentinam expeditionē,
non ad profligandam modò Mahometicam perfidiā; sed ad veram quidem Christi
religionem inducendam suscepimus. Atq; utinam eadem in Alfonso filio, quæ in illo
mens esset; idem in persequendis Sarracenis studium & contentio: non enim dubito,
ambos, communibus armis, breui posse cunctos illos ab yniuersa Hispania peillere.⁴⁰
Quos igitur Deus, ætate moribus, animis, atq; pia mente coniunxit, quorumq; pari
armorū impetu, contra impios suos hostes acies direxit; eos, ne quæso, dispari, atq;
auero inter nos animo fuisse arbitremini: quin potius me, & illius gloriae ac famæ emulo-
lum, ac imitatorem; & illum, quibus dixi de cauissimis, mearum victoriarum, atq; triumpho-
rum participem, & quasi auctorem habete: neque quicquam tam ex animo, quam
illius profecto mortem dolere me existimate. Quæ audientes proceres, non admirari
modo; sed propter eius animi moderationē, quasi e cœlo delapsam, obstupere cœperunt.
qui oratione non minus subtili, quam eleganti, & urbana, partas à se victorias Ferdinādo,
reuera æmulo; generosissimè attribuerit. Ac insuper exequias, & iusta ei cū magna pôpa,
cantu,

cantu, & laudibus sicuti curauerit. Quin etiam Legatos ad Alfonsum geterum eius successorem consolandum miserit; seique eidem nunquam non asticurum, atque in sarracenos semper adfuturum obtulerit. Veruntamen Alfonsum suscepit Regno, quāvis strenuus ac bellicosus esset, varius tamen, atque à suorum ingenuitate deflectetis, hæc aliorum, atque à Iacobo socero facta, dictaque sunt accipiens, simulata benevolentia, gratias se illi habere respondit, ac paratum esse referre. Sed paulò post ex quo Hispani Regia insignitus corona fuit, non amplius persequi bellum, quod socio Iacobo Valentino bello expedito, facilem confecisset, sed inducias cum Rege Granatæ, reliquo sarracenorū Hispaniæ Rege, festinanter, nihilque consulto Iacobo fecit. Quin & eiusdem quo que socii odio, solantem vxorem dimittere, atque praetextu sterilitatis, diuortium cum ea facere tentauit. Nec mora, Legatos nōnullos misit ad Regem Noruegiæ, qui sibi Christinam eius filiam peterent ducendam uxorem. Quo etiam tempore bellum ab eo contra Iacobum renouatum est, atque in his locis, quæ in finibus Mūrciensis, & Valentini Regni sita sunt, congregato vnde exercitu redintegratum, missus à Iacobo magna manu peditum, ac turma equitum ad Regni dūtaxat fines tutandos, atque hostes non prouocandos: sed arcendos. Verum intercedentibus quibusdam utriusque Regni Antistitibus, & proceribus, in eam concordiæ pactionem a Regibus est deuentum, ut damna, prædæ, atque virinque factæ dilectiones compensarentur; vtque antiqui expugnationis termini, & diuisiones denuo definirentur; ac iura super iis ad vnumquemque spe 20. Et in iusta renouarentur. Quibus sanctis, atque in finibus dispositis utrobiqui præsidii, aperto quidem bello cessati sunt, non tamen à recta similitate. Ceterum veniens è Norvegia Christina nuptura Regi, sua fuit spe deturbata. Nam interim diuina ope factū est, ut solam grauida, Alfonsum à diuortio deduxerit. Vnde anxius, ac dubius Alfonsum, quid de Christina ageret; ne turpiter eam cum tā illustri Norvegiensium procerum comitatu delusisse videretur, Philippū fratrem getmatum Abbatem Pintensem, ac nū p̄ electum Antistitem Hispanensem, non tamen sacris initiatum, Christinæ spōsum obtulit. Sed displicuit Christinæ suppositio, eiusque comitibus summoperè; qui veluti furce correpti, Christinam Regiam virginem è tam longinquis, atque ultimis prope terris deductam, ac deceptā, sequēvna cum illa delulos, cōquerentes, totam aulam clamoribus, lamenis, & ciuatū, barbaro suo more expressis, compleuerunt. Verum occurserunt Antistites, & summi Castellæ, p̄ceres nomineq; Regis, Christinæ p̄misere, Philippū esse magno quodam Principatu a Rege donandum, ac toti Galetiæ Regno præficiendum; nec non Rege sine liberis decedente, illum Regnotum, atque vniuersorum hæredem declarandum. Placuit Christinæ suisq; conditio, ac pretinus sponsalibus factis, Philippo Christio nupsit, fuitque in regia tibiis facibusque nuptialibus matrimonium celebratum, atque Christinæ comites lati in Norvegiam reuersi. Quanquam procedentem tempore, ignavia, & tergiuersatione Regis, neque Philippo demandata præfectura fuit, neque Christinæ Regius honos habitus, neque necessaria suppeditata. Indeque discordiæ ortæ, atque factum, ut Philippus à Regead Nauarrensem, vt dicemus, desciuerit. Post hæc nunciatum est Iacobo, Tibaldum Regem Nauarræ Sæctii Regis ex sorore filiu obiisse Pompe lone, quæ est Regni caput, duobus paruis filiis Theobaldo & Entico cū eorum parente Margarita Regina ipsorum tutrice relictis. Vnde Iacobus de Tibaldi obitu certior, iunctis sibi nonnullis proceribus Aragonensisbus, cum exiguo equitatu Tudelam venit, Margaritam visurus, ubi tum ea mœsta, & magno dolore affecta cum liberis agebat: cuius aduentu valde fuit recreata: quoniam in ea sententia erat, vt Regnū sub tutela & patrocinio Iacobi poneret, qui à perpetuo, potentissimoque Nauarræ simul Castellæ Rege, illud defendeter. Quod Rex libentissime suscepit; ac conuenientibus Alfonso Principe filio, Antistite Turiasonensi, ac compluribus tam Aragoniæ quam Nauarræ proceribus, cum nonnullarū ciuitatum Legatis, loquuti inter se Rex & Regi, a; in summa hæc pæcta fecerūt. Népe vt Theobaldus Regni hæc Constantiæ, aut Sanctiæ Regis filiæ, vt primū esset nubilis, uxori duceret. Rex verò Theobaldo ac Reginæ omnē opem cōtra Castellæ Nauarrense Regnū affectantē ferret: ad eaq; promissa, vere & ex animo præstāda, Rex & Reginæ, cunctiq; virinq; Antistites & proceres, ipseq; Alfon-sus Princeps, se iureiurando obstrinxerūt. Quæ pæcta ubi audiuit Alfonsum Castellæ Rex, eaq; in sui contumeliā facta existimās, cōtinuò cōscripto exercitu, cū magno belli appāratu ad fines Nauarræ veniens, progredi ultra, ac Regnum tanq; ad se pertinen-, non modo occupare; sed Margaritam & Theobaldum ab eo expellere tentauit. Quod plane perfecisset, nisi à Iacobo pari cum exercitu occurrēte prohibitus fuisset. Nam iunctæ copiæ ex Oscensi, Iaccensi, & Cæsarugustana ciuitatibus, sese illicè in Nauarram, ciuius

defendenda gratia immisere. Quare deterriti Castellani, pactis cum Rege induciis, dimissoque exercitu abierunt. At vero Iacobus & Alfonsus Princeps, pacatis tum inter se animis, Barcinonem profecti sunt, vbi congregatis in Palatio proceribus & Baronibus Regni; assistentibus Tarragonensi, & Barcinonensi Antistitibus, publice & solenniter Alfonsus donationes, siue assignationes à rege factas Petro & Iacobo filiis, tam Principatus Cataloniæ, quam Regni Valentia, ratas habuit, nullo iure excepto; ac Regi manus deosculans, amantissimeque fratres amplexans, in amorem & gratiam eorum restitui visus est. Insuper rarum habere voluit, quod de Illeldensibus ab Aragonensi Regno separandis egerat; atque illico vniuersos Cataloniæ proceres cum ciuitatibus à data fide priorum finium tuendorum penitus liberauit: seseq; iure iurando ad illa seruanda addixit, ex vetustissimo Regni more: Rege videlicet, suis manibus pollices Alfonsi funiculo vinciente. Quo sacro fœdere fidem suam obstrinxit Alfonsus; scribendo adfuere, qui supra scripti sunt Antistites, Vgo etiā Comes Rhodenensis, Raimundus Falco Vicecomes Cardonensis, cum aliis nouem Cataloniæ primatibus. Quibus peractis Rex, cum cognouisset Castellanos denuo animum intendere in Nauarra Regnum, nouasque ad illud occupandum copias & exercitum parare, eō properauit, atq; in oppido Mōtacuto Theobaldum Regem conuēnit, vbi renouatum fuit amicitia fœdus aduersus communes hostes, atq; arces vtrinq; tanquam obsides traditæ. A quo fœdere Rex neminem voluit exceptum, præter Carolum Andium Prouincia Comitem, Francorū Regis fratem, qui postea Siciliæ Regnum adeptus, capitales inimicitias cum Petro Principe gessit. Theobaldus vero Francorum Regem, & eius fratres tantummodo excepit. Quæ fœdera, & proceres Aragonenses, & optimates Nauarrenses, pro virili se obseruaturos promiserunt. Cumque ambo Reges commoto admodum essent animo in Castellanos, eosque bello persecuti cogitarent; induciæ tamen cum iis factæ sunt, atque ab armis, annis plurimis Nauarra conquieuit. Interea sarraceni Valentini, qui sese Regi subiecerant, pactis ac conditionibus, ut more suo viuere, atque in Mohemetana se manere possent, pro innata ipsis infidelitate, ut primum viderunt Regem extra Regnum alienis implicatum bellis, occulta parare arma cœperūt: iamq; vocato clam Alazaracho sarraceno magni apud eos nominis, qui paulo ante à Rege perpetuo exilio multatus, ad Granatenses abierat, ipsoq; ductore, in Regem conspirarunt. Hic Alazarachus patre Afro, in finibus Regni versus Murcienses natus, & cum eis educatus, licet colore fusco & vulto fero, tamen procero, ac præstanti corpore, & ad bellandum expedito erat: quin mediocri etiā fortuna & opibus prædictus, Castellanā perinde ut Arabicam linguā callebat, eruditusq; in vtraq; & eloquens erat; ac perquam callidus habebatur, neq; non valde fictus ac simulatus. Nam in expugnatione Regni, se antea Regi adiunxerat, familiaritate sermonis, eiq; suam omnem operam & fidelitatem promiserat, atq; sarracenorum consilia & deliberationes sœpe retexerat: Rexque sua illi quoque communicauerat: ac etiam ut Christo nomen daret suaferat, multa pollicitus. Ad que subridens dicebat, se facturum id quidem, modo sibi soror Carrocii domini Rebolledi (erat enim foemina omnium pulcherrima) vxor daretur. Qua ille consuetudine, atque familiaritate regia vtens, magni aestimabatur à suis, consiliaque nostra ac belligandi artem & administrationem callens, magnos sibi spiritus sumpserat, maioraque indies in Christianos facinora moliebatur: parumque absuit, quin Rex nimis ei fidens, aliquando in eius manus inciderit. Nam dum Bairenam vallem olim Rex de bellaret, ac si mma ope niteretur castrum Reguardianum, quod valde munitum erat, ac impedimento transiuntibus in intimam vallem, expugnare, Alazarachus occurrit, atq; castrum se ei daturum promisi: modo ipse noctu, de secunda vigilia, cum paucis veniret. Vnde Rex familiaritate fretus: cum ad præstitutam horam venisset, vigintiquinq; equitibus comitatus; totidemq; præmissis scutiferis versus castrum, subito Alazarachus ex insidijs, quas tribus in locis collocauerat, prosciliens, magno, cum tympanorum sonitu, & clangore tubarum, clamoreq; solito, cum trecentis in Regem sarracenis erupit, qui dum scutiferos primo sibi occurrentes inuadunt; atque inter ipsos Regem diligentissime exquirunt; diuertendi locus datus est Regi, quoad sese tuto in castra recepit. Verum postero die aduentu exercitus, destitutum ab Alazaracho castrum Rex cepit. A quo tempore ille profugus ad Murcienses abiit, publicatisque eius bonis, atque maiestatis damnatus, perpetuo fuit etiam exilio multatus. Itaq; absente Rege, atq; in Nauarrensa negotia intento, Alazarachus eorum, qui conspirauerant, dux effectus, oppida & Castella quædam in valle Gallinera, non longe à Bairena sita, in quibus Rex præsidia habebat, non tam vi quam dolo cepit. Quæcum ad Regem perlata sunt, qui Calatauibii tū agebat, protinus cu vniuerso comitatu,

comitatu, ac nouo etiam exercitu conscribi iusso, Burrianam prefectus est, vbi intellexit Alazarachum, meridie, scalis ad motis, in arcem Penaguiæ munitissimam descendere tentasse, sed a præsidariis repulsum fuisse. Quo nuncio Rex citius Valentiam peruenit: vbi explorata conspiratione, inuentum est, viua Sucronem omnia fere oppida, duce Alazaracho, conspirasse; citrâ verò occultè id ipsum tentasse. Qua de causa de expellendis è Regno sarracenis omnibus cogitauit: prius tamen suis in consilium adhibitis; atque conuocato in urbem concilio, cui interfuerunt Arnaldus Peralta urbis Antistites, Petrus Fernandus Assagra, Petrus Cornelius, Guillelmus Moncada, Artalus Luna, Rodericus Liciana & Simon Vrrea, illius Simonis filius, qui Balearicæ, & Valentianæ oppugnationi præfuit, ac inclytæ, clarissimæque Vrreanorum familiæ, sanguine, fama, & factis propagator fuit, atque Arandensi Principatu, apud Aragonenses, quo & posteri eius potiuntur, à Rege, vt fama est, donatus. Ii ergo primi procerum, atque assidui bello paceque Regis comites, cum aliis litteratis, persanctisque viris Ecclesiasticis, atque ciuitatis optimatibus, in tempulum maximum conuenerunt. Vbi sacro in primis facto, ac Deo se totos commendant, Regesie verba facientem audierunt: Viri prudentissimi, vos omnes testes, atque socios habemus nostrorum grauissimorum laborum, quos in oppugnanda hac urbe & Regno, toto bello pertulimus; & adhuc perpetuimus: non tam ut arces, oppidaque, & hominum corpora nobis subiiceremus, quam ut pretiosas illorum animas Christo, eiusque religione sanctæ lucrifacremus. Quod tame si in urbe, cum eius suburbanis, vtcumq; præstitus; dum retentos ibi sarracenos, aut Christo nomine dare: aut inde excedere coegimus: in aliis tamen Regni locis efficere non potuimus: sed ut libentius in ditionem venirent, in sua ipsos secta relinquere necessum fuit: ne si ad abiurandam illam ante ditionem compelleremus, prouocati subinde ad pugnandum pro aris fociisque, vel expugnationem nobis retardarent; vel dubiam quidem magisque cruentam redderent. Nam quamvis certū esset, nos in hisce præliis, vitam nostram Deo, atque æternitati consecratos; illorum tamen animas, quas forte liberare potuissimus, simul cum corporibus perdidisse, nefas duximus: ut aliquid interim fuerit cum illis necessario dissimulandum. At verò confecto iam bello, pacisque omnibus, quod in suis oppidis, vicis, domibus, atq; prædiis, sua etiam in secta relieti; maiore denique libertate, atque tolerabiliore, quam antea, iugo, terram colentes, tam aperte defecerint: quodque conspirant, & aduersum nos arma sumperint; id innatam profecto perfidiam, atque natura insitam eorum animis infidelitatem arguit: ac neque Deo, neque nobis eos futuros vñquam fideles prænunciat: quin immò manifeste indicat, numinis, ac voluntatis diuinæ esse, ut eiusmodi infidelitatis zizania radicitus euellatur, atque in fasciculos colligata, aut emitatur foras, aut edocente nos Christo, comburatur; quo purius, atque fœcundius natuorum Christianorum, quasi triticum ex solo in cœlum crescat. Proinde vt tot, tantisque, quæ attigimus, malis occurramus, vtque tot, tantaque prouenientia inde bona amplexemur; visum est nobis, munita in primis vtraque Setabitana arce, & Algezirano Sucronis transiit impedito, cum aliis præcipuis Regni castellis, præsertim urbi propinquis, Sagunii, Almenar, Chiuz, atque Eneæ, ad defensionem præparatis; nec non urbi suis quoque præliis relictis, collocatisque: perfidam eiusmodi Sarracenorum gentem è Regno expellere: eamque à consuetudine, atque frequenti congressu nostrorum penitus fecerere, iamque illoru in loco, Christianos vndique euocatos, ad ipsum incolendum, & inhabitandum deducere: cum tale quidem sit illud, eiusque fertilissimi, atque amœnissimi agri ranta vbiique terrarum fama perulgata, vt nemo sit, qui non perlitteretur solum cum Valentino commutet. Quæ cum dixisset Rex, magna conscientia est procerum, & Baronum, quibus sarracenorum oppidula dono Regis obtigerant, vociferatio, atque ab Regia sententia discessio; propterea quod sibi persuaserant, colonos Christianos, minus fore culturæ agri, atque sibi viles, quam sarracenos; neque se in illos, vt in hos, Imperio & dominatione abuti posse. Verum enim Rex, cum Antistites, torumque Ecclesiasticum ordinem, & Valentinos ciues, in eadem sententia esse videbat, consilium minimè mutandum duxit. Maximè verò accepto per id tempus diplomate Clementis IIII. Pont. quo ipse Regem vehementer adhortabatur ad sarracenos è Regno exterminandos; atque iustissimis, sanctissimisque de causis Mahometanos impios à Christianorum consuetudine & societate omnino arcendos esse suadebat. Sicuti ineisdē Surritæ Indicibus, de verbo ad verbum relatum illud videre est. Itaque Rex quam primum munitis arcibus, atque exercitu oppidatim distributo, generali edicto iussit, omnes tam foeminas, quam mares sarracenos, capitali pena intra mensem, cum omni re sua, aut quantum vellent, Regno excedere. Quo edicto vix est credibile, quanta fuerit

vbiique consecuta rerum perturbatio. Nam videbatur nonnullis, sarracenorum depulsione, Regnum ad maximam solitudinem redigendum: quod intermissa cultura agri, necesse esset omnia squalere, ac terram sylvestrare, indeque tanquam depopulatam deseriri oportere. Contra alii, conuolatuos esse potius ex vniuersa Hispania in id Regnum homines dicebant, præcipue quidem ex montanis, asperritimisque Aragoniæ & Cataloniæ locis; cum ii pro vna tantum domi segete, seu messe relicta, tot, atque tam varias in Regno essent omnis generis fruges percepturi: ac neque amplius cum duriore terra illa, quæ verneræ & rastros excutit, pugnaturi; sed cum ea potius acturi, quæ omnino fertilis, & benigna est, neque ullum agricultorë recusat imperium: præterque id addebat, neque culturæ arte sarracenos Christianis præstare compertum esse; cum ab ipsa expugnatione vrbis, pulsis inde sarracenis, illius ager Christianis datus excolendus, ceteris totius Regni, quos sarraceni colunt, non modo vberior ac fructuosior, sed diligentius consitus, speciosior euaserit. Verùm de edicto Regis factus certior Petrus Portugalensis, qui multis, ut diximus, in continenti imperabat sarracenis, ac tum Sagunti agebat, in urbem venit, atque in dictum palam inuestitus est. Quamobrem proceres & Barones, ductore Petro, sarracenorum causam defendere statuerunt; quam ille suscepit libentissime, atque ut suam agebat. Nam cum quatuor præstantissimis Regni oppidis, Sagunto, Almenara, Segorbio, & Castulone, Burrianæ proximo potiretur (hæc enim illi cesserant compensandis Balearibus, quas dimiserat) quæ à permultis, ac bellicosissimis sarracenis colebantur; animosiores eos Petrus ad se defendendam effecerat. Indeque cæteri totius Regni, propugnatore illo arma sumplerant. Id autem Regi molestum ac pergraue fuit, aperteque intellexit, nisi desistente Petro, minimè se voti compotem euasurum. A quo accersitus ille cum venisset, multa Rex queri coepit, quorum summa hæc. Data illum opera omnes Regios conatus, qui pro incremento & conseruatione Regni suscipiantur, infringere conari, remque nunc valde publicæ tranquillitatì necessariam, priuatis irretitum commodis impeditre. Itaque pro communi Reipublicæ commodo rogare illum, ut siquid aduersum haberet, quod esset resarcendum, id Antistitum, atque procerum iudicio relinquere; facturum se quidem omnia, quæcumque illi iudicarent. Vnde designati ab utroque iudices, Rege, Petroque auditis, duo decreuerunt; vnum, ut Rex certam pecuniam summam, Petro statim numeraret; alterum, ut quandiu commotum à sarracenis bellum gereretur Rex ea ipsa oppida Sagunti, aliaque dicta, munire, suisque sumptibus, præsidarios in eis milites à Petro diligendos, collocare teneretur. Quæ iudicium sententia, cum utrique placuisset, rursum eodem fuit Rex Petro ducevisus ad institutum susceptumque expulsionis edictum exequendum. Quapropter atrocissimum à Sarracenis commotum est bellum in ea oppida & arces, quæ à Rege tenebantur, intactis aliis, quibus dominabantur proceres: quod fama esset, iis reclamantibus, soloque nutu Regis, decretam fuisse expulsionem. Vnde Regiis ducibus, qui velex dissensione procerum, vel ignavia & insolentia, quæ ex partis anteà victoriis euenire solent, rem bellicam male gerentibus victoribus, discordiis sèpè inter eos ortis, sarraceni indies pleraque oppida, & arces, ad duodecim ex Regiis occuparunt; atque in præsidarios illorum milites crudelitatem barbarem exercuerunt. Ex illis Alazarachus, recente ex duce iam factus Imperator, exercitum sarracenorum sexaginta millium comparuit. Sed res quidem in miracula referenda, atque diuino prorsus ascribenda numini, contigit: quod tam immensus cum esset coniuratorum numerus, ut, cum fœminis ac parvulis, centum quinquaginta millium excederet; tanta tamen socordia, & timiditas inuaserit eos, ut quo die expellendi erant, Simoni Perezio Arenofio, magno Regis cubiculario, timide pollicerentur, datus se Regi dimidiam honorum suorum partem, modò à Rege, publica data fide, liceret eis tutò Regni finies excedere. Verum enim Rex nihil ab eis accipi permisit; sed cum omnirē incolumes ad Murcienses usque deduci iussit. Fuit multitudo eorum penè innumerabilis; adeò ut sit à Rege in Commentariis relatum, à primo ipsorum agmine ad extremum, fuisse quindecim millia passuum; ac etiam fama proditum, ab Idubedensi prælio, ad eam diem, tantum numerum sarracenorum vnum in locum nunquam conuenisse. Ideoque hoc tam insigne expulsionis facinus meritò inter summa, præclarissima que Iacobi facta numeratur. Qui tandem sarraceni extra Regnum positi, atque Vilienam usque deducti, à Federico Regis Castellæ fratre, qui tum erat Vilienæ coacti sunt, singulis besantiis, singula capita redimere: atque inde transeuntes, partim in Murciensi, & Granatenzi, Regnis confederunt; partim in Spartharium campum, quem Arabes

Arabes Manxam vocant, disiecti fuerunt; partim in Africam cum vxoribus & omnire traiicerunt. Verum ex ipsis, qui Regno exceedere noluerunt, plerique, Duce Alazaracho, sese in montana Contestanæ regionis receperunt, vbi permultis commissis præliis cum Christianis & exercitu Regis, triennio se se strenue tutati sunt: eodem Federico, & Manuele Regis Castellæ fratribus, qui Vilienæ agebant, clam subsidia Alazaracho submittentibus; ipsoque Rege, posthabitatis induciis, cum illis consentiente. Nam simulatio officio, vt Alazarachum perpetuum hostem Iacobo obiiceret, legatos Valentiam misit, vt induciae annuæ cum illo iam fierent. Quas Iacobus tametsi, quo illæ consilio peterentur, intelligeret, vt tamen ei morem gereret, fecit. Qua causa elatus animo Alazarachus multò sese insolentius habere, atque fauore Castellorum magnifice iactare, deque Iacobo fastidiose loqui cœpit: quin & vexilla Regis sui, vt dicebat, Castellæ in arcibus se collocaturum comminabatur. Quæ omnia Iacobus tunc premebat, iram recoquens, quo usque induciae finirentur. Vnde cum dolo-
so, simulque gloriose & ignauo hoste, dolose itidem agere decreuit. Nam cum sarra-
ceno quodam Alazarachi amicissimo egit, vt illi persuaderet, frumentum venderet, quo abuadabat, ingentem inde pecuniam coacturus, quoniam per id tempus carè illud vendi solebat. Neque enim dubium erat, depositente Castellæ Rege, nouas cum eo, non modo inducias, sed pacem facturum Iacobum. Interim Rex Raimundo Cardonæ, & Guillermo Anglesolæ, aliisque Aragoniæ, & Cataloniae proceribus in-
iuxxit, vt in consequentem Dominicæ Resurrectionis diem festum, qui erat induciarū terminus, præsto essent cum copiis, & exercitu vndique collecto ad urbem. At verò Alazarachus credulus, frumento diuendito, diues effectus ignobili cupiens frui otio, vix dimidio mense ante completum induciarum annum scripsit ad Regem Castellæ, petens, vt iterum annuas sibi inducias impetraret à Iacobo. Ad quem protinus Rex Legatos misit, rogans vt renouarentur illæ cum Alazaracho. Quibus mirari se valde, re-
spondit Iacobus, Regem generum suum tam esse propitium illi barbaro, qui toties vitæ suæ fuerat insidiatus, atque castella & oppida occupauerat, vt intra proprium Regnum tueri illum, ac prohibere niteretur, quominus dominus deseruo pœnas repeteret. His dimissi verbis legati, re infecta, abierunt; Rex verò celebrato Paschate Valen-
tiæ, ultimo eius festo die profectus est Setabim, quinquaginta tantummodo sum-
ptis equitibus: indeque ad ducto equitatu Cocentaneam, illustre Contestanorum op-
pidum in montanis situm venit. Ibi nunciatum est exercitum ab Aragonia & Catalonia Valentiam peruenisse. Itaque Rex arcibus Planesii, Castelli, & Pegi oppidorum in iti-
nere receptis, postero die, auditio sacro, in oppidum Alcalanum, vbi Alazarachus fre-
quentius erat, contendit. Sed nihil minus quam decertare cupiens Alazarachus (ven-
dito enim frumento exercitum dimiserat) indeque abiens cum paucis, & Galline-
riam pertransiens, ex uno in alium locum in sequentem Regem diffugiebat. Ex quo Rex parte Gallineriæ conuallis cum Alcalano, & arcibus recuperatis, reliqua sexdecim castella eodem itinere in potestatem rededit. Sentiens igitur Alazarachus Regem non
cessaturum, quoad ipsum caperet, pactum cum eo facere procurauit, promittens se toto
Regno perpetuò excessurum, modo ipsius familiaris & consanguineis Rex parceret, ne-
que eos Regno expelleret. Quod, vt primum perfecit ille; sic Rex cum eius fratris filio
se gessit liberaliter, vt castellum cum oppido Polopensi paulò ultra Calpetanum pro-
montorium, Iphax dictum, dum viueret, concederet. Rebus ita compositis, Alfonsi
Regis artes & consilia conciderunt. Ad quem Iacobus, tanquam redditurus rationem
nuper confecti belli, legatos misit, qui dicerent, Regem suum hisce proximis diebus
venationi fuisse, & aucupio intentum, atque intra dies octo castella sexdecim aucu-
patum. Quo dicto alludere visi sunt ad illud, de quo paucis ante diebus, Alazarachus
cum ipso Rege Castellæ agens, fuerat gloriatus. Nam interrogatus, cum aucupio, aut
venationi ferarū esset assuetus: minime verò, dixit ille, sed hominum: nisi etiā mauis ca-
stella tibi me aucupari Regis Aragonensis. Hoc dicto, Regi, suisque multis iam fuerat ri-
sus excitatus. Per id tempus Alfonsus Princeps, nondum ab incensa cupiditate re-
gnandi liber, sed iniquorum hominum stimulis, fortassis Alfonsi Castellæ eius conso-
brini, adactus, nouas contra Regem querelas spargebat: quod Rex non contentus
donatione Cataloniae, Petro, consensu ipsius, paulo ante facta, etiam Valentini Regnum,
& Balearicum, alioqui ad Aragonensem expugnationem spectantia, coque
ipso, primo nato iure debita, Iacobo fratri tanquam successori declarato, do-
no dederat. Cuius importunitatis querelis Rex occurrentis, consilio suorum Alfonsum
vniuersæ procurationi Regnotum Aragonii, & Valentini præfecit. Hæc autem procu-
-rata

ratio tamen si antiquis legibus primo filio deberetur, nulli tamen vñquam fuerat, præterquam Alfonso, tradita: sicque fuit ad tempus querimonia sedata. Eodem tempore Alvarus Perezius Assagra ad Regem venit, vt mortuo Ferdinando patre, viro strenuo, multisque victoriis claro, cui hæres ad Principatum Albarræzini successerat, se Regi addiceret: à quo fuit humanissimè exceptus, eiisque demortui parentis nomen commemorandum lachrymis, atq; laudationibus Rex fuit prosecutus: ac totidem illum, quibus patrem, militaribus beneficiis ornauit: quinquaginta enim equitum stipendia eidem fuere collata. Posthac Rex Valencia Biarium profectus fuit: audierat enim Alfonsum generū missile copias in Murciensium fines: ideoque veritus ejus repentina excusione, sese illi in confiniis cum exercitu obiecit. Quo in oppido Alfonsus filius pollicitus Regi fuit se cum Rege Castellæ, neque societatem, neque fœdus vñquam initurum: Castellanis autem, Iacobi aduentu intellecto, inde abeuntibus, Rex quoque Cæsaraugustam concessit, paucosque ibi dies commoratus, Stellam nobile Nauarræ oppidum venit: sequutique fuere ipsum Arnaldus Peralta, & Andræas Ferrarius Cæsaraugustanus, & Valentinus Antistites, cum aliis sex magnatibus Aragonensis, & copioso equitatu. Eo etiam peruenit Didacus Lupus Pharensis Vizcaiae dominus. Nam cùm à Rege Castellæ, causis nunquam expressis, desciuisset, Iacobo Regi se suaque subiicere decreuit. Quem Rex lètè admodum recepit; sacramentoque apud se dicto, multis quoque beneficiis cumulauit: quinquaginta siquidem equitum stipendia ei conferri iusserit; affuere scribendo, ipsi Antistites, & proceres, cum aliis multis nobilissimis viris, quos secum Didacus attulerat; qui que se etiam Regi addixerant. Nec verò id nouum erat Vizcaiae dominis quoties à Regibus Castellæ, aut desciscabant, aut relegabantur. Nusquam enim, præterquam apud Aragoniæ Reges, receptum habuerunt utiorem, ac honorificentiorum. Nam Didacus, Didaci huius pater, qui Alfonsum eius nominis octauum Regis Castellæ auum fecutus, strenue se in Idubedensi prælio gesserat, paulò postab eodem Rege relegatus, apud Petrum Iacobi patrem exularat. Neque præter institutum admodum me facturum existimo, si preclaram eius religionis causam hic expressero, quæ ab illis vsque ducta temporibus, magnum ratæ profecto virtutis, atque defensæ nobilitatis exemplum posteris est allatura. Proditum enim est Castellanorum historia, eundem Alfonsum, post incredibilem illam partam eodem ipso Idubedensi prælio victoram, tanta fuisse usum liberalitate, & magnificentia cum Aragoniæ, & Nauarræ Regibus triumphi sociis, vt prædam, & vniuersa ex hostibus detracta spolia, eisdem, totique exercitui diuiserit: ipse vero victoriæ gloria contentus, domum repetens, ærarium exhaustum, atque omnia consumpta inuenerit. Qua de causa deliberauit, noua imperare populo tributa. Iamque ut à capite inciperet, à proceribus morabatinos duntaxat quinque viritim exigere decreuit: non tam vt grande ab eis tributum penderetur, quam vt eos tributarios sibi efficeret: sperans inde minimè futura esse grauia, quæcunque inferioribus imponebantur onera. Cuius instituti, consiliique participem fecit, supra memoratum Didacum cognomento Pharensem: ac, quoniam id pacto fieret, ab eo petiit, Cui Pharensis, rem sanè arduam, ac perdifficilem, inquit, suscipis Rex; dum eos, qui aut liberi natura sunt, aut sua dextra, immunitatem sibi, suisque, perpetuam pepererunt, tu vestigales facere conaris. Verum vt amoris in re mei periculum facias, iam ego, qui procerum sum princeps, præsentibus ipsis, parenti tibi morabatinos primus polliceor daturum. Vnde conuentibus Burgis indictis, coque conuentientibus omnibus Regni proceribus: Rex iustissimas inopiae suæ causas proponens, nihilque sibi, consumpto æratio, relictum affirmans, quo posset Mauris denuò bellum mouentibus occurres, necessarium docuit esse pro communii salute, noua tributa populo, atque adeò omnibus imperare. Proinde vt lenia ea fierent inferioribus, iisque facilius superiorum exemplo ad penitendum adducerentur, decreuisse à proceribus, quinque tantummodo morabatinos viritim exigere. Ad quæ Pharensis primus, vt conuenerat, respondit: peræquum est, o proceres, vt Regi, cui multa petenti, negare esset indignum, pauca libenter concedamus. Quare morabatinos meos, ecce do libentissimè: Quibus ab ærarii præfecto receptis, proceres obstupuere omnes: atque eorum, qui inter primos habebatur Nunnus Comes Laræ, unus ex clarissimis maioribus Naiarensem Ducum, in Pharensem oculos coniiciens, neque Regis rationem habens ullam, indeque ad proceres conuersus sic est allocutus: Viri proceres, & Regni Barones, qui maioribus vestris, neque virtute, neque gloria inferiores estis; sed longè etiam, potentia, atque armis superiores: quique pro Rege vestro, non vile tributum, sed pro tributo sanguinem, vestra-

vestraque omnia , quoties opus habet, liberè , ingenuaque impenditis ; libertatem, quam ab illis naturā , & manu partam accepistis, vos, ne quæso, turpiter amittatis ; sed eam potius conseruatam, & quasi sartam tectam ad vestros minores transmitte : neque omnino, quod absit, tributo vectigales vos fieri sinite. Siquis aliter, atque ego senserit, ac ob Regiam aucupandam gratiam , suam immunitatem tributo populari contaminandam duxerit; hunc, vt rusticum & illiberalem hominem, neque sua ingenuitate dignum, hic iubeo manere: qui vero, quod in suis fuit nunc esse vult, atque pro ingenua libertate , mori potius quam seruitutem pati ; me sequatur. Quo abeunte, tribus tantummodo ex procerum , atque nobilium numero ; quorum Pharensis unus erat, apud Regem manentibus, tria millia eorundem Nunnium secuti sunt; atque in campo Glareano, vrbis propinquo, cum armati circundederunt: simulque tributo morabatinarum hastarum mucronibus appenso, Regi denunciarunt; tributum paratum esse, si modo eos præcipue exactores mitteret ad collendum , qui eius imponendi vectigalis autores , & consiliarii fuissent. Quod audiens Rex, seque ab omnibus desertum conspiciens, ad Pharensim conuersus, quid factò opus esset, interrogat. Cui protinus sagax, ac prudens ille ; me inquit , Rex tanquam reum, huiusque consilii autorem exilio multato: atque ad hunc modum, procerum conuersa in meira , fideliore tibi eos gratia coniunges. Ad illos igitur Rex misit, qui significarent, prauo se inductum consilio, petuisse tributum; sed substitisse quidem, ac non solum duxisse nefas , generosos Castellæ viros vectigales fieri ; verum consiliarios quantumuis licet potentissimos, tanquam sceleris reos digna pœna mulctasse. Quo responso , missoque simul in exilium Pharensi, pacati omnes, denuò se Regi addixerunt. Quanquam non multo post, iisdem rogantibus , Pharensis de exilio , quo in Aragonia apud Petrum Regem exulabat , fuit reductus. Interea inducī à Regibus factæ , cum breui finirentur, atque ob Alfonsi artes, Iacobus controuersias bello decerni cuperet : in idque impense incumberet: operatamen Antistitum , virorumque religiosorum , maximè vero prudentissimi Bernardi Vitalis Besalunensis , qui vtrumque Regem inter Agredam & Turiasonem in congressum venire procurauit, de concordia fuit inter eos actū, constitutumque, vt Nauarræ Regnum tuendum Iacobo traderetur. Sed inconstantia Alfonsi breui fuere renouata controuersia, atque ad pristinam concertationem, & disidia, non tamen ad manus & pugnas ventum. Adhæc cum paulo ante rex ageret Stellæ , Enricus frater Alfonsi Regis Castellæ , & Lopus Diazius Pharensis Didaci filius, Vizcaiae dominus , venere ad Regem, quos exceptit benignissime , honore regio Enricum afficiens, eique se offerens, re, & armis promptissimum, donec controuersia cum Rege fratre finiretur. Pharensi quoque se obtulit libentissime , gratumque habuit adolescentis aduentum, qui patrem imitatus, perpetua, constantique voluntate, Aragonensium partes sequeretur, ac se Regi traderet simul cum viginti tribus primariis Vizcaiae viris, cognatione illi coniunctis : qui omnes fidem suam ei obstrinxerunt pro Pharensi adolescentulo : adiectum quoque, non cum Rege Castellæ Pharensim de pace acturum : donec controuersia inter Regem & generum decideretur Sanctii Salzedi , & Lupi Velasci sententia ; quibus tanquam primariis viris, atque omnium Hispaniae literatissimis , eius causæ cognitio commissa fuerat. Post hæc venere quoque Cæsaraugustam duo Castellæ primates à Rege ad Iacobum descidentes , Ramirus Rodriguez , & Ramirus Diazius , ei similiter fidem suam obstringentes : & quia fuere ipsi ab Alfonso spoliati patrimonio ; à Iacobo quidem , & prædiis , & centum equitum stipendiis donati sunt : torque indies ex Castella, & Nauarra nobiles audita Regis liberalitate , ad eum deficiebant : vt in ditandis illis , ætarium , & Regium patrimonium consumeret. Tanta præterea fuit huius Principis cum liberalitate coniuncta iustitia, vt quam liberalissime , cuique quod suum esset, restitueret. Nam eodem tempore, Guillermo Moncadæ Raimundi filio , eiusque ex fratre filio etiam Raimundo , Fragam insigne oppidum , quod alluit Cinga fluvius , cum eius arce, iure beneficiario dedit, in compensationem censum & prædiorum, quæ illorum maiores ad Ilerdam possederant, ac temporum , & rerum turbatione amiserant: modò defectu legitimorum, amissio iure, Fraga Regno restitueretur : quemadmodum postea restituta fuit. Tandem procurante Alfonsio Castellæ , qui maiora quædam animo moliebatur de Imperio Germanico (fuerat enim à dimidia electorum parte nominatus Rex Romanorum) idem ipse cum Iacobo venit in colloquium, in oppido Soria Celtiberorum , vbi fœdera quondam à superioris ætatis Aragoniæ & Castellæ Regibus facta, renouata fuerunt: indequæ recipit Alfonsus, se arcis eius veluti obsides fœderis traditurum : atque ita paca-

tis animis longo tempore ab armis cessarunt. Ea tempestate mortua fuit Margarita Tibaldi Regis Nauarræ vxor, materque Theobaldi junioris, & in Claraualle amplissimo Nauarræ cœnobio sepulta. Quæ dum vixit, Rege adolescentulo, sua prudentia, pacatè, quieteque Regnum gubernauit. Sed ea mortua tumultus illico excitati fure: paulatimque sedati etiam factis cū Gaufrido Beumontio Nauarræ Senescal induiis, qui tandem procurante Iacobol, in concordiam cum Theobaldo Rege venit, illoque adiutore Theobaldus Regno potitus est quietissime. Quibus confectis, Iacobo nunciatum est, Ludouicum Galliæ Regem intra mensem in Aquitaniam venturum, atque in nobili oppido Carbolio, quod est propinquum Mompellerio, ipsum expectaturum. Ad negotia igitur utrique Regi tractanda Rex Mompellerium ire decreuit: reliquoque Simone Focio, viro prudentissimo, ac inter Aragonenses proceres adnumerato, Valentia præfecto, iter ingressus est. Cui occurrit Dertosæ Petrus Alfonius, Petri Portugalensis filius, Alcaniti præfensus, ibique confirmata prædiorum, siue locorum ad eum spectantium donatione, Mompellerium contendit, ubi intellexit Ludouicum fuisse iam Corbolium ingressum. Quo illico Rex petens, ipsumque mutuò complexus, antequam de componendis maiorum suorum inter se controvërsiis agerent, in eo conuenerunt, ut Isabella Iacobi filia natu minima Philippo Ludouici filio ad Regnum successori nuberet: atque dotis nomine, vetusto Galliæ more & instituto, Quinta Regni pars, arcibus & propugnaculis receptis, assignaretur. Quo peracto Reges controvërsias omnes utrinque remiserunt: Ludouicus enim Barcinonensem, Vrgelitanam, Ruscinonensem, Emporitanam, Ceretanianam, Confluentinam, Gerundensem, & Ausitanam ditiones repetuerat. Noster verò Carcasonensem, Rhodensem, Lauracensem, Biterensem, Leocatensem, Albigensem, Rhuensem, Fuxensem, Cadurensem, Narbonensem, Mineruensem, Fonoliadensem, Saltuensem, Petrapertusensem, Aimilianam, Crodouensem, Gaualdanam, Nemausensem, Solonensem, & sancti Aegidi, ditiones sibi vendicabat. Itaque vicissim ambo mutuò iure suo cesserunt. Eo ipso tempore, Iacobus omne idius, quo etiam repeteret in Prouincia Folchalcheriensem, Arelatensem, Auenionensem, & Massiliensem ditiones poterat, Margarita Francorum Reginæ Raimundi Berengarii Prouincia Comitis fratris filiæ attribuit. Sed cum iis Carolus Ludouici Regis frater germanus, qui Beatricem eiusdem Raimundi Comitis filiam natu minimam vxorem duxerat, esset potitus, eas, siue iusta, siue iniusta possessione, Ludouico permittente, retinuit. Id quod postea maioris odii causa fuit, & quasi belli semen annis plurimis inter Aragonenses & Gallos, quod nullum fuit quandiu Ludouicus vixit. fuit enim is Rex mirè pacificus, religiosus, & pius, atque ab armis in Christianos semper abhorruit: neque in alios, quam contra impios Christiani nominis insectatores Mahometanos arma tulit: maximè verò de recuperanda possessione Hierosolymorum cogitans, mate cum ingenti exercitu traiecit, primoque prælio sarracenos multos profligauit: sed cum pestilentia morbo magna militum multitudo periisset, victus, captusque fuit; vt eius historia refert. Rebus tamen breui cum sarracenis compositis, liber cum exercitu fuit dimissus. Indeque Aconem Asiae urbem profectus, cùm in ea reficiendo exercitui dies aliquot substitisset; suo exemplo & exhortationibus primarios Agarenorum, ac subinde totam ciuitatem ad Christi fidem conuertit. Quin aliquot Christianorum ciuitates in ea prouincia suis sumptibus refecit. Vnde mortua eius matre, domum redire coactus, nullis Reipub. officiis intermissis, in omnibus pietatis, ac religionis muneribus, & studiis, se se vehementer exercuit: quoad denuo, cùm transmisisset in Africam bellum sarracenis Tunetanis illaturus, iamque castra in eorum conspectu posuisset, pestilentia discessit: eiusque corpus Lutetiam Parisiorum translatum fuit, ipseque miraculis clarus à Bonifacio octavo Pont. in sanctorum numerum est relatus. Hunc plane Iacobus in extirpandis sarracenis feliciter imitatus fuit, fuisseque multo felicius, nisi à perpetuo Castellano æmulo impeditus à conatu destitisset. Itaque compositis rebus, ac Regibus è Carbolio abeuntibus, Iacobus Mompellerium veniens, intellexit Alfonsum Principem de nuo turbare omnia, non tam sua, quam Aragonensium pertinacia, qui sibi iniuriam factam existimabant, quod à patre tam indignè tractaretur, vt penitus ab aliorum Regnum hæreditate arceretur, quodque non modo Catalonia separata à reliqua ditione regia, Petro collata fuisse, verùm Valentia etiam, & Baleares, quæ Aragonensis expugnationis erant, quasi excisæ ab stipite, Iacobo ultimo fratrū cessissent. Vnde noui quotidie tumultus ab Aragoniæ proceribus, ac nonnullis Catalanis concitari coeperunt: necesseque fuit, reuiuiscentem indies conspirationem sic præoccupare: vt Valen-

v. Valentinius Regnum Aragonio contribueret, & utriusque heredem Alfonsum constitueret. Id, ut inuitus Rex fecit, sic deinde alienato semper, atque auero animo ab Alfonso fuit: ut neque videre eum, neque communicare cum eo quicquam amplius voluerit, ac non nisi obscurè, dissimulanterque cum eo agere. Nam concessio eidem in Oscensi agro, Luna oppido insigni, missoque ab Alfonso ad oppidum praefecto, Artalus Alago unus ex Aragonensibus proceribus, qui tenebat illud, datumque sibi à Rege, beneficiario iure, putabat, praefectum iam ingressum, ex oppido ignominiosè eiecit; neque Regii diplomatis, neque Alfonsi, qui generalis Regni Gubernator esset, rationem ullam habuit. Qua de causa Alfonsus Legatum ad Regem Mompellerium misit, qui apud eum grauiter de Artali iniuria, & contemptu conquereretur. Cui Rex, se libenter in Artalum animaduersum, atque curaturum omnia respondit: Legatoque dedit litteras ad Alfonsum, in quibus dubie, obscureque, querelis satis faciebat: imo iubebat, ne quipiam ficeret; redditum se breui, & Artalum grauiter puniturum dicens. Verum neque venit citò, neque Artalum ad tradendum Alfonso oppidum compulit. Interm Rex, dum se Mompellerii continet, audiit Taurinos cis Padum tumultuantes, Bonifacium Sabaudiæ comitem comprehendisse, atque in custodiam tradidisse. Quod sentientes Astenses vicini populi, dolo malo, Bonifacium è Taurinis eruptum ad se trastulerunt, atque in vincula coniecerunt. Sed statim Sabaudienses, ut Bonifacium liberauerent, ipsius filios, cù aliis Sabaudiæ proceribus, quos Astenses petierant, dediderunt: quibus apud se retentis, Astenses, antequam Bonifaciū restituerunt, nonnulla oppida & arces Sabaudiæ ceperunt, ipsisq; optimè munitis, tum Bonifacium & proceres, retentis filiis è custodia liberarunt. Sed Bonifacius tot fractus laboribus, quos in vinculis tam Taurinorum, quam Astensium pertulerat, breui mortuus est. Ex quo Astenses in Sabaudienses oppressos denuò bellum commouerunt. Quæcum Regi narrata fuissent, tanta ille ira in Astenses exarsit, ut protinus nulla interposita mora, Legatos ad illos miserit, qui ciuitati Astensium bellum suo nomine indicerent, ac etiam prouocarent eos, nisi intra mensem Bonifacii filios, quos in vinculis retinebant, liberaret. Hac prouocatione, deterritis Astensibus, atque quid responderent ambigentibus; minusque dimittentibus Legatos, Petrus Bonifacii patruus subsidiariis Regiis copiis confisus, bellum in illos mouit, atque oppida & arces recepit, eque in vinculis Bonifacii filios liberauit. Vnde magna à Sabaudiensis gratia Regi & Aragonensis habitu aliquando etiam relata fuit. Hæc cùm ex sententia Petri successisse omnia Rex intellexit, mirè latatus est, propterea quod in eo bello, tantum fama & opinione, quantum potuisse manu, confecisset. Inde protinus in Aragoniam venit, quam ingressus, in itinere controversias in Artalum Lunam, & Gosaluum Fernandum Assagram ortas super oppido Chodensi in finibus Albarrazini posito diremit, Artalo, quod multis iam annis possederat, illud adiudicans. Posthæc veniens Cæsarugustam, Legatos Regis Castellæ inuenit, qui ab eo petierunt, ut quoniam comotum iam à se bellum esset contra Granenses; permitteret nobiles Aragonenses venire sibi subsidio. Sic enim paulò ante in Soriano Conuentu inter eos steterat. Cōcessit postulata Rex; eos sarracenos tantummodo excipiens, qui vel prædiis, vel militaribus stipendiis, ei essent obxrat: hōs enim excepit pactum, & conuentio permisit tamen, ut bello interessent nobiles, qui non Regi, sed proceribus inserviebant, aut tanquam comites sequebantur: modò bellum, non Miramolino, nec Tunetano Regi inferretur, quibuscum inducias fecerat, in gratiam mercatorum Cataloniae, & Valentiæ, qui ad illos frequenter mercimonii causa nauigabant. Cæterum Alfonsus Princeps magnam omnibus admirationem mouebat; ut cui longè diuersa, atque paterna fuit, sors obuenerat: nulla ei matrimonii cōditione oblata, cum ætate firmata iam esset, annos natus duos & triginta, ac Princeps salutatus: cum tamen Iacobo annos vix nato duodecim, Regnoque nondum stabilito, nupsisset Leonota: nullaque tam imbecillæ ætati subesset proxima spes prolii. Vnde Alfonsi res apnd Regem in magna obliuione semper fuerunt. Nec mirum idquidem, cum fortassis, & noueræ antiquum odium, & nimius Regis in Petrum amor, & fratrum lior obxriterint, quominus ullis Regiis, atque potentissimis affinitatibus ad firmandum Regnum iuuaretur: quoad Rege permittente, proposita fuit Constâta prima filia Castonis Moncadæ, Vicecomitis Benearnæsis, incliti illius Guillermi filii, qui Balearico bello præfuerat; atq; ut fusissimè libro sexto explanatum est, post tot ab eo prostratos, ac profligatos Sarracenos, gloriostissimè dimicans, interierat. Itaque sponsali bus factis, & sponsa magno Moncadarum, eiusque perillustris familie comitatu & pompa deduxta, Calatauibii, breui iunctæ nuptiæ, breuius disiunctæ fuerunt. Nam intra paucos dies, fractus, ac debilitatus Alfonsus, tum odio, & contemptu patris: tum inuidia

& malevolentia fratrum, qui ad nuptias venire recusarunt; morbo correptus, non sine multorum dolore, & lachrymis interiit; nullis neque natis, neq; posthumis relictis: neq; testamēto obsignato; ita vt vi *eruptus* potius, quam morbo extinctus videri potuerit. Qui tandem Regiis iustis redditis, sepultus est in cœnobio Verolensi ordinis Cisterciensium. Princeps satis quidem moderatus, commodus, siue cognoscens, sed suorum depravatis consiliis, aduersaque fortuna, semper conflictatus.

BERNARDINI GOMESII¹⁰
MIEDIS, ARCHIDIACONI SAGVNTINI, DE
VITA ET REBUS GESTIS IACOBI PRIMI REGIS
Aragonum, cognomento expugnatoris.
LIBER XVI.



Lfonso mortuo, eiusque inimicorum odio & liuore supremo funere extinctis; Petrus & Iacobus fratres, honorem mortuo, cui viuo iniuriam intulerant, facere decreuerunt, vt qui ad fraternas nuptiarum faces, tibiasque accedere noluerant, ad eius exequias, cantu, lamentis, & laudationibus celebrandas libentissimè cōuenerint. Hoc funere, quasi funesta quadam attacti peste, eodem odio & inuidia, quibus in mortuum olim, in se ipsi exarserunt; quinimo præ regnandi cupiditate, adeo multa in se se machinari mutuo cœperunt; vt ni paterna simul Regiae autoritas & potestas intercessissent, parum absuisset; quin breui utroque orbaretur filio pater; eiusq; odium olim in Alfonsum, funestissimi superstitum dissensionibus expiatetur. Itaque iustis Alfonso factis Valentia, in cuius templum maximum illius cadaverè Verolensi cœnobio translatum fuit, atque in facello Regis honorifico tumulo repositum; iamq; libera Regnum Aragoniæ, & Valentia potestate Regi restituta; protinus de vxore Petro deligenda cogitauit. Neq; enim quantum in Alfonso, in Petro rem distulit. Nam inter alias, proposita ei fuit Constantia, filia vnica Manfredi Siciliæ Regis, Federici Imperatoris filii, qui sex ante annis, tempore Alexandri IV. Pontif. Max. Regio insignitus titulo, in Italiam traiciens, Calabriam cum vniuersa Apulia in potestatem redigerat, idque inuitio Pontifice, & Conradino Principe, filio Conradi Imperatoris, & sororis Manfredi, ad quem Regnum Neapolitanum cum iis prouinciis spectabat. Cupiens igitur Manfredus se cum Aragonio Rege affinitate coniungere, Legatos è Sicilia Barcinonem misit, Gioldum Postam, Maiorem Egnatiensem, & Iacobum Mostacum, viros prudentissimos, qui de matrimonio Petri Aragoniæ, & Cataloniae Principis, & Constantiæ agerent, quam Manfredus ex vxore Beatrice, Amadæ Comitis Subaudiæ filia suscepserat, dotem illi L. M. auri vnciarum nomine patris dicerent: propter ingentes alias cum corporis, tum animi dotes, quibus præditam esse Constantiam, non solum Legati, sed plerique probatae fidei mercatores Barcinonenses, qui è Sicilia venerant, pleno ore referebant. Placuit Regi, atque omnibus propositum cum dicta dote matrimonium (neque enim antea dos tanta accepta fuerat ab Aragoniæ Regibus) ac etiam Manfredi affinitas: iis quippe patere sibi, suisque in posterum, magnum in Italia ostium; Siciliæ Imperio, aperiri quoque horreum refertissimum ad hæc sustentanda Regna, prospexit. Quamobrem statim ad deducendam sponsam misit Fernandum Sanctum filium, quem ex nobilissima Aragonensi fœmina Antilionia suscepserat, vna cum pernibili Aragonensi Guillermo Torrella, viro prudentissimo, vt iis arbitris sponsalia fierent, & Constantiam cum magno Comitatū ducerent. Quibus proficiscentibus, auditum est, Vrbanum IV.⁵⁰ Pontificem Alexandri successorem in Manfredum tam male esse affectum, vt non modò diras, atque omnes Ecclesiasticas censuras imprecatus ei fuerit: verum omnium ferè Christianorum Principum auxilia implorarit, magnumq; coegerit exercitum, vt illum ab omnibus Ecclesiæ ditionibus, quas tenebat, expelleret. Qua de causa Rex ancipiit distractus cogitatione, dolensque tam commodum sibi, filioque impediri matrimonium, & affinitatem, Legatos Romanum misit ad Vrbanum, inter alios, F. Raimundum Penaforium ordinis Dominicani, virum insigni sanctitate, atq; doctrina nobilem, vt honestis rationibus, & quantis posset precibus, à Pontifice impetraret, vt Manfredum, supplicem, resipiscentem, ac misericordiam implorantem, sibi & Ecclesiæ sanctæ cōciliaret. Verum enim

enim tantum absuit, ut Pontifex venia illi daret, ut eò magis obduruerit; in idq; rursus incubuerit, ut Iacobum auocaret à coniunctione & affinitate Manfredi, Tarentini, ut dicebat, Principis, impii acerbissimique Ecclesiae hostis ac perduellis: quin & recenseret, alios inueniri Principes Catholicos, ac Deum timentes, qui filias suas Manfredinæ, virtute, ac dote pares, Petro filio nuptui traderent libentissime. Sed neque Regis preces apud Pontificem, neque ipsius monita apud Regem quicquam profuerunt; creditumque est, diuina factum prouidentia, & numine, ut ex nuptiæ aliis omnibus præferrentur; quod iis maxima fuerint fortunarum, atque dignitatis accessiones factæ Aragoniæ Regnis. Porrò Rege Cæsaraugustam repetente, dum esset Beruegallii, quod oppidum non longe distat à Cinga flumine, intellexit, Aluarum Cabreram Pontii olim Vrgelitani Comitis filium, paternis aduocatis amicis, eorumque auxilio & ope, artes & oppida Comitatus, quæ à Rege tenebantur, vi cepisse; atque extra suæ ditionis fines excurrisse: quin & Barbastrensis vicinis plura detrimenta intulisse. Unde omnibus circum circa populis, iis maximè, qui ab Aluaro, vastatis agris, direpti fuerant, conuocatis Barbastri (quæ insignis est, tametsi parua ciuitas, nostro tamen tempore in Episcopatum erecta; cuius ager fertilis, frumento, oleo, & vino, necnon cocco, atq; auecupio, & venatione abundans) Martino Perezio Artaxonæ Iustitiæ Aragonum præfeto iniunxit, ut mediocri collecto exercitu, in Cabreranos insurgeret, eisque quanta posset detrimenta inferret. Daturum enim se operam, ut breui Aluarum, ni ab excursiōnibus, & vastationibus abstineat, de medio tollat. Interea Petrus Princeps paterna abutens indulgentia, qua Alfonsum fratrem hæreditario Regno depulerat, regnandi cupiditate semper exæstuans, similiter Iacobum fratrem à reliqua, quæ ei obtigerat, hæreditate conabarit deiicere. Audierat enim patrem indicasse quibusdam, quæ ipse Regna debellasset, Iacobo velle tradere; quod causa maioris odii inter eos fuit. Quanquam Petrus illud, quoad poterat, tunc premebat; quod timeret, ne manifesto in fratrem odio declarato, in paternum incurreret: ac ne ea de causa Rex testamentum denunciasse condiceret, in quo Iacobo nouam aliquam donationem, quæ sibi detimento esset, faceret: sequente ad eam iureiurando confirmandam compelleret. Huic rei ut occurreret, claculum grauissimos viros Ecclesiasticos cum proceribus conuocauit, Raimundū Penafortium, Magistrum Berengarium Turrensim, Archidiaconum Barcinonensem, Simonem Focensem, Guillermum Torrelliam, & Stephanum, & Ioannem Aegidium Tarinos, ciues Cæsaraugustanos sibi fidissimos, ante quos obtestatus est; si firmum, ratum vè testamento patris, seu donationem aliquam ab eo factam, stipulatione, seu iureiurando sanctiret ipse; se id metu eius perterritum, ac inuito & repugnanti animo facturum: ne, si forte roganti Regi coram resistet, indignatione commotus ille, innouaret aliquid, ex quo non modò ipse, sed Aragoniæ Regnum detrimenntum caperent: haud immemor eius incommodi, quod Alfonsus frater simili de causa olim fuerat percessus. Quo etiam tempore occasione dissensionis fratrorum, ab ipsa regnandi libidine orta, non solum procerum, verum infimæ etiam plebis in partes secuta est armorum simul & animorum distractio, aliis in Petrum, aliis in Iacobum fratres, aliis in Regem studia dirigentibus: in tanta venienda ad arma licentia; ut magna vbiique locorum subinde fuerit grassandi, atq; latrocinandi audacia subsecuta, viis omnibus, atque saltibus occupatis, ac non nisi armata multitudine oppidanis ex uno in alium locum pergere audetibus. Hac de causa vniuersitas Aragoniæ ciuitates, & maiora oppida, societatem inter se inierunt, quam vocarunt vniōne, ex qua leges prodierunt lögè duriores, quam mores & instituta maiorū vñquam pertulerant; quasi vri, secarive necesse esset, quo medicamentis sanari non posset; vrtam immoderata, atque effrenata grassandi libidini obuiā iretur. Quibus breui effetum est, ut conseletorum hominum ingens capta manus, grauissimas poenas exquisitiissimis suppliciis Reipub. pependerit. Eodem anno sacro Pēthecostes die, Isabella Iacobi & Iolantis filia deducta est in Aquitaniam, ad insigne oppidum Claramontium in Arvernis, vbi celeberrimis nuptiis iuncta fuit Philippo primo filio Ludouici sancti Francorum Regis, qui postea in numero sanctorum, vi suprà diximus, relatus fuit. Eo etiam tempore Constantia Manfredi Regis filia in eandem Provinciam deuicta fuit ac comitantibus Bonifacio Anglano Montalbani comite, Mafredi auunculo, cum aliis Siculis, & Neapolitanis proceribus, ipsisq; Sanctio, & Torrellia, Mompellerium ingressa. Cui Iacobus Princeps, patris nomine, dotem dixit, Comitatum Ruscinonensem cum Ceretania, Confluente, & Vallespiria, ac etiam Besalunensi, & Prulensi Comitatibus: cumque Caldis, & Lagostera oppidis, tametsi earundem ditionum donatio, paulò ante à Rege facta fuerat eidem Iacobo, qui retenta possessione, tamen obligata omnia pro dote esse vo-

luit. Itaq; conscriptis pactis, eoque Petro Barcinone veniente, nuptiæ cum magna pom-
 pa & celebritate iunctæ fuerunt. Iis Mompellerii celebratis, Rex cum vniuersa curia
 Barcinonem remigravit; vbi resciuit Petrum & Iacobum insatiabiliore indies torqueri
 regnandi cupiditate, atque iccirco maximè inter se dissidere. Ex quo existimans, se ab eis
 discordiæ, ac seditionum omnium sementem radicibus auulsurum, si voluntate coruna
 denuò Regna diuideret: præsentibus Barcinonensi, & Vicensi Episcopis, aliisque totius
 ferè Cataloniæ, cum nonnullis Aragoniæ proceribus, & ciuitatum Legatis, sic inter eos
 vniuersa partitus est. Aragoniæ Regnum, & Barcinonensem Comitatum, à Cinga flu-
 mine ad Pyrinæi promontorium, illa, nostraque ætate, Caput crucium nuncupatum, vs-
 que in Periliosum, & Panizatum, ipsius Pyrinæi colles, Petro attribuit: quibus & Valé-
 tinum Regnum adiunxit, iisdem ipsis, quibus ante diuisum fuit terminis ac limitibus,
 cum Regnis Aragonum & Castellæ, atque Cataloniae Principatu. Iacobo vero Balea-
 riun Regnum, cum ea parte Pytisarum Insularum, quam sibi retinuerat Rex: altera sci-
 licet Antistiti Tarraconensi ex oppugnatione relicta, adiunctis Ruscinonensi, Iliberita-
 na, Confluentina, Ceretana, & Vallespiria ditionibus, vna cum Mompelleriensi, quas la-
 cobo etiam condonauit. Quin & ambos filios orbatos liberis, hæredes alterum alteri sub-
 stituit. Petro nihilominus de paterna iniuria conquerente, quod se, immensa donatione
 in fratrem collata, defraudasset, dividens quæ à Principatus Cataloniae patrimonio se-
 iungi non poterant. Demum eadem partitione cauit, vt minor natu filius, eiusque hære-
 des, earum ditionum, quæ ipsis obtigerant, vsu, & dominatu contenti essent, dum tamen 20
 Regia & suprema potestas, penes natu maiorem, eiusque posteros perpetuò maneret. Iá
 vero ad tollendas controuersias, quæ in confinibus Regni Aragonensis & Valéntini cum
 Castellano per hos dies oborta fuerant; indeque inter vicina oppida, & pagos, multa v-
 trinque damna & depeculationes consecutæ; necesse fuit Reges inter se conuenire, atq;
 fines Regnorum denuò definire. Qua de causa Sex viri finibus regendis sunt designati: è
 Regno Castellæ, Paschalis Episcopus Ginnensis, Aegidius Garcesius Aza, & Gonfaluus
 Rodericus Atienza: ex nostris vero, Andreas Albalatius Episcopus Valentinus, Sanctius
 Calataiubius, & Bernardus Vitalis Besalunensis; qui collustratis, ac designatis finibus, de-
 damnis constituerunt; vti Reges ea vltro citroque, facta estimatione, vnuquisq; sua de-
 penderet. Sed quia tarda est Regum compensatio, adeò magna semper accumulant, ne
 soluant; ipsa inter se oppida damna mutuo, aut refecerunt, aut, vt controuersiis finem im-
 ponerent, condonarunt. Posthæc Rex veniens Ilerdam, duos nobiles Catalanos, Pon-
 tium Peraltam, & Bernardum Mauleonem, ex controuersia inter eos orta, armorum iu-
 dicio paratos ad decertandum inuenit: quibus, tametsi de more Rex assisteret, atq; ex pa-
 tria lege certamen permitteret; tamen ex instituto maiorum, eidem præfuit Petrus Mó-
 cada Cataloniae Senescalus. Cuius magistratus iura, cum ex vetustate obsoleuissent; & de
 ea re controuersia cum Rege oborta esset; eius definiēdæ gratia, quatuor viri delecti fue-
 re, Simon Perezius Arenosius, Thomas Senclémentius, Guillermus Sazala, & Arnaldus
 Boscanus, iuris militaris scientia præstantes. Quorum sententia hæc fuit; Vt Senescal;
 tanquam summo Regni magistratui ius suum, quod nulla officii desuetudine potuit an-
 tiquari, restitueretur. Huius autem certaminis quisnam fuerit exitus proditū non inue-
 nio. Inde vero Rex Barcinonem veniens, de virginе Iacobo filio in matrimonium du-
 cenda sollicitus, Mompellerum ad Guillermum Rocafullium præfectum scripsit, vt
 cum mandatis ad Allobrogos iret, ibique cum Petro Sabaudiæ comite, de Beatrice A-
 madei Comitis eius fratri filia, Iacobo in matrimonium collocanda ageret. Sed illud an
 fuerit confessum, necne; seu puellæ obitu, quavè alia de causa impeditum, nulla in Cö-
 mentariis Regis, neque alibi fit mentio. Ac neque propterea, quod à Rege hæc, aliaque
 intermitti soleant, prætermittendum est illud, quod ab scriptore antiquo, qui Iacobi vi-
 tam conscripsit, narratur de Rege Persiæ, magnoque Babyloniæ Sultano nuncupato, qui
 per id tempus apud Ægyptum agens, præclaræ Iacobi fama commotus, mireque eius a-
 micitiam affectans, Legatos ad eum miserit, qui sui erga ipsum studii & amoris testimo-
 nium redderet. Hos Rex Barcinone excipiens splendidissimè, multis locupletatos donis
 remisit: ac statim ad Sultanum, Raimundum Richardum, & Bernardum Porterium, vi-
 ros singulari prudètia; quique magnam partem orbis peragrarant, Legatos misit. Qui in
 Ægyptum nauigantes, cum primum Alexandriam, vbi tum agebat Sultanus, appulere,
 ipsius iussu, magna cum celebritate & pompa excepti fuere. Cumque Bernardus Porte-
 rius Iacobi vexillum protulisset; hoc illicò honoris, atque dignitatis gratia, Sultanus in
 Arsacidarum solio constitui imperauit. Renunciauit præterea Bernardus legationem a-
 moris simul & officii plenam, quam Sultanus beneuole, ac studiosè audiens, eundem ro-
 gauit,

gauit, ut more patrio, nomineque Iacobi Regis, filium suum natu maiorem, militaris ho-
 noris auctoramento cinctum decoraret (perinde enim se habiturum, ac si ab ipsomet Ia-
 cobo Rege esset auctorandus, dixit.) Id audiebas Porterius se illi ad pedes demittes, quod
 tanti ipsum auctorandi Principis honore dignum duceret, obtulerat dixit. Quare
 celebrato solenni sacro apud aediculam Virginis à Christianis Alexandriæ degentibus
 cultam duobus sacerdotibus, quos secum Legati attulerant, rem bene administrantibus,
 solita cum ceremonia & pôpa, arque incredibili Sultani, totiusque ciuitatis latitia, aucto-
 ramentum perfecit. Vnde Legati, magnis à Sultano ditati muneribus, atq; nauibus pre-
 ciosissimis atomatibus teferitis, cum maxima Sultani gratia, in Hispaniam reauigarunt.
 Barcinonam autem appulli, atq; renunciare legationem iussi, de sua felici nauigatione,
 deq; gratia & magnificentia, qua ab humanissimo Sultano excepti fuere, multa retule-
 runt, addentes se ab eo, de omnib: Iacobis rebus gestis accurate rogatos fuisse, illisq; auditis,
 tanto erga Regem amore & studio artisse, vt vexillum, eusque insignie mirè contéplatus,
 illud in Arsalidarum solo collocatum penes se reuinuerit. Additū & de auctoramento à
 Legato Regis nomine rite celebrato, deq; illius maximis opibus Legatis magnifice expo-
 sitis, & muneribus, quibus eos affectos dimiserit. Quæ audiēs Iacobis, collaudatis Lega-
 tis, magnaq; ex eorū oratione voluptate capta, summas Deo gratias egit, quod talē ac rā-
 tum sibi amicum parasset, cuius auxilio, si quando daretur expeditio ad Hierosolymita-
 nam terram e Turcarum manibus eripiendam, se multum iuuari posse speraret. Cæc-
 tū ne vñlo Iacobo tempus daretur vacuum ab officio & munere militari, in ipso té-
 poris articulo, quo Legatos audiuit, ad eum venit Petrus Ioantes Calatravensis militiæ
 magnus magister, ab Alfonso e Castella missus, qui exposuit, Maurorum ex Africa in-
 credibilem numerum in Bæticam traecisse, seque cum Murciensibus, & Granaten-
 sis adiuhxisse, vt similem superiori cladem toti Hispaniæ inferrent. Proinde Re-
 gis sui nomine rogare ipsum obnixè, vt e Regni Valentini finibus versus Murcienses
 appropinquet, & labantibus generi & filiæ rebus opem ferat: ac neque minores mari,
 quam terra copias parari iubeat, vt illorum ex Africa transitus impediatur. Protulit quo-
 que epistolam Iolantis filiæ ad eundem, orantis ne se, ac virum in tam manifesta suarum
 rerum perturbatione defereret. Ad quæ respondit Rex, se nullo vñquam tempore defu-
 turum suis, sed quanto maxime posset exercitu, terra marique pro communi salute, se
 ducem subsidio iturum. Quo dimisso, protinus mari classem strui, terraque exercitum
 conscribi, atque ciuitatibus, & oppidis pecuniam imperari; ipsumque Bouaticum tam
 iustis de causis imponi procurauit. Hæc vbi Catalanis Barcinonæ conuocatis indixit, do-
 cuitq; innumerables in Hispaniam ex Africa Mauros confluxisse, facile
 persuasit, turris esse hostes in alieno, atque longinquò oppugnare solo, quam e proprio
 depellere. Vnde non solum Bouaticum cōcedi Regi; verum classem quoq; ei extrui cu-
 ratunt, vt Mauro transiit in continentem prohiberent: properea quod occupata ab eis
 Bætica prouincia, maxime vero Murciensi Regno, quod properabat, illico contulaturos
 illos in Valentimum, & Catalonia subinde infestaturos, credi par erat. Verum & peti-
 tionis Regis, & concessionis conuentus, sese opponens Raimundus Folchius Vicecomes
 Cardonensis, non esse vñlo modo consentiendum, dixit, quin prius de more conuentus,
 & antiquo Regni iure, querelis illorum, qui iniuria, damno, aut fraude aliqua opptime-
 bantur, satisficeret, atque illata damna resarciretur. Quod Rex intelligens atq; tristissimo,
 difficilimoque Reipub. tempore priuatas iniurias communi damno à conuentu præ-
 ferri videns, vñque adeo acerbe rem tulit, atq; ira succensus est, vt protinus dimitti con-
 tentus, atque vrbe excedere, turbataque omnia relinquere decreuerit. Sed vñiuero
 occurrente conuentu, atque Folchio à conuestione defidente, quæ concesserant,
 comprobata fuerunt, atque conuentus cum magna Regis gratia dimissi. Verum
 quod Regi tunc in Rempub. à summo discrimine liberādam quā maximè intēto nihilo-
 minus Folchius sese opposuerit, postulata spreuerit, concessaq; illi à conuentu tributa
 impedierit, ac nisi ab vñiuero demum exorari conuentu, minimè ab impeditione de-
 stiterit, aperie edocet: à nostri temporis Principibus boni esse consulenda similia, quæ in
 conuentib: ab uno, aut altero ex proceribus, aut Baronibus, aut Legatis ciuitatu, ipsiis op-
 ponit solent; donec oppressorū querelis satisfiat, ac Reipub. debitā recipiantur. Quando-
 quidem non tam maioris acquirendæ libertatis, quam iustitiae (qua vna virtute sustentan-
 tur Respub.) exequendæ gratia, id ipsum optionēdi ius suis populis ex plebiscito conces-
 sum. Minus enim decet, imo perniciosissimo sit exemplo Principum, ipsos, quam priu-
 atum quemque hominem, suum cuique non reddere: præsertim si eiusmodi sit, vt ob in-
 termissam scelerum punitionem aliquam, Respub. suo quasi iustitiae debito defraudata

fuerit. Hac quippe vna, aut altera dissimulata, permisaye malorum impunitate, sequi se-
p̄ solet, diuino reposcente iudicio, vt Principum conatus, & magna incepta, quantum-
uis præclara & heroica, irrita fiant, ac veluti euanescent: cœu tanquam instructa, beneq;
ornata nauis, quæ fertur secundo vento; tenui subtus contempta rima, sensim penetrante
aqua demergitur. Cuius profecto rei, si Rempub. licet cum naui quām aptissime com-
parare, exemplum nobis natura proposuit præclarissimum, in uno pisciculo Echenei, li-
ue Remora nuncupato; quem nostrum mare fert, atque pedali torpedini, qui pisces pe-
tris affigi solet, persimili. Illius siquidem tanta est virtus, robur, atque a natura innata ad
sistendum facultas, vt Plinio, & experimento comprobantibus, medio in mari nauim
suum velis plenissimis cursum tenentem, carina affixus contineat, ac remoretur: quo ad 10
vrinatorum indagine, tentante manu inuentus, è carina euellatur; sicque nauis tanquam
ferreis soluta vinculis cursum prosequatur. Quid enim Regii conuentus sunt, in quibus
totius Reipub. summa continetur, quām nauis maxima, seu Bucentaurus quādam, Re-
gem tanquam nauarchum, proceres, Baronesque tanquam vectores, simul & nauicula-
rios vehens: Et horum, quod præcipuum institutum? quisve scopus? quam Rempub. tā-
quam nauim è maximis procellis, vitæque tempestatibus creptam, saluam, & incolumente
in portum, ubi tranquillè viui possit, deducere? Quid tum Echenei tantillus piscis, carine
adhærens, ac stupentibus omnibus, nauim retinens, quām occultum sāpē malum, atq;
inopinatū innuit? quod, quia initio, vt lcue negligitur, neque animaduersione dignum
putatur, ideo quidem paularim, ab innata vi malis, robur, ac neruos sumens, postquam 20
inueterauit, Rempub. non modo inficere; sed felices eius progressus sāpissime retardare
potest: Quid demum vrinatores? quam aut seueros legum ministros magistratus, aut, qui
populi moribus præsunt, censores, significant? vt pote quibus est proprium, mala Rei-
pub. linceis, quod aiunt, oculis inspicere, indagareq; ac non solum coercere, sed præca-
uere, e quidem, atque illico enascentibus illis, cùm occurrente, tum illa ipsa, ferrea qualiter
admota manu, tollere & auerruncare: cum scilicet abiis maxime quæ parua videntur
esse delicta, quia neglecta crescunt, sit diligentius declinandum: Quamobrem, ut in ma-
gnis tempestatibus, summi nauis gubernatores nonnunquam à vectordibus admoneri,
horumque monita ab illis non omnino reiici, sed libenter admitti quandoque solent,
sic planè in magnis quoque Regii conuentibus, ubi propositis oppressorum quereles ob 30
multorum inter se dissentientium contentiones, quæ sāpē, Principum, qui adulari se-
nunt, aucupandæ gratiæ causa, tanquam tempestates commōuentur, proborum homi-
num oppositiones, siue procerum, siue aliorum de conuentu, ut optima, salutariaq; Rei-
pub. monita à Principibus audienda sunt, nec aspernanda, sed boni, vt dictum est, consu-
lenda. Sane, vt per ea, tum Principes officii sui admoneantur; tum Reipub. necessitatibus
occurratur; tum denique conuentus, pari cum illorum, tum populorum gratia dimittan-
tur. Ut igitur redeamus, vnde diuertimus, concessò Regi Bouatico, classique nauata ope-
ra, eidem Petrum Fernandum filium præfecit, strenuum, ac bellicosum iuuuenem, quem
suscepérat Rex ex Berengaria Fernandia Aragonensi scemina nobilissima; altera ab illa,
inquam, Berengaria Alfonsi domini Molinæ filia, quam post Murciense bellum, conu- 40
berni quoque necessitudine Rex diu cognoscens, nullum tamen ex ea filium habuit, de
qua mox agemus. Hic Petrus postea oppido, & ditione Ixarense donatus à Rege, fuit, ad
eaque ipse, & eius in hanc usque diem successores nuncupati, qui Belcitano comitatu
adiuncto, procerum Aragoniæ, & Regio splendore generis, & per ampla populorum di-
tione habentur præstantissimi. Porro quoniam instabat bellum, Mauritanis continentem
traicentibus, ac sese in Granatæ, & Murciæ Regna diuidentibus, quin arces & oppida
in Regno Castellæ capere incipientibus; nec tamen Bouatici pecunia collecta erat, nec
quæ expectabatur ab Aragonia, imperata; Hebræus quidam nomine laudanus, omnium
Hispaniæ ditissimus, Regi quoque ærarii præfectus, tantam ex suo obtulit præsentem anti-
summam; vt & classi, & colligendo exercitui, & disponendis præsidii sufficerit; Bona 50
tici, & aliorum Regiorum censium ei exactiōne mandata. Is actis, Rex Cæsar Augustam
venit; ibique procerum bellicosiores, tumultuario inde collecto exercitui duces præfe-
cit: vt uno simul tempore, cum iis, qui è Catalonia exierant, in finibus Valentini & Mu-
cienis Regni præstò essent Castellæ Regi. Cum igitur tot illi sumptibus faciendis pecu-
niæ quoque essent Aragonensisbus imperandæ, conuentus Cæsar Auguste egit, ad quos
vniuersi Regni proceres, Barones & Magistratus ciuitatis, cum aliarum ciuitatum, ma-
gnorumque oppidorum Legatis conuenerunt. Quibus in coenobio maximo fratum
Dominicanorum congregatis, suam mentem Rex iis verbis expressit: Scio equidem, ne-
quaquam ignorare vos, me ab ipsis incunabilis, omnem vitam, siue domi, siue foris, per-
petua

petua militia traduxisse; fuisseque diuina fortassis mihi sorte datum, vt nullam plane ætatem in otio, & tranquillitate; sed pro communi Regnorum salute, & amplificatione, in continuo labore & vita discrimine exegerim. Nam & totum tyrocinium adolescentulus, cum in vitandis domesticis insidiis; tum Regorum sedandis discordiis insumpsi; & florentem adhuc ætatem, in Balearico bello; & medium in Valentino transagi; neque hactenus in gerendis rebus à perenni, contestataque maiorum meorum virtute degenerasse, quin potius eorum laudibus permultum addidisse me puto: cùm reuera duabus Regnis, quæ ab illis variis parta sçculis hæreditario iure accepi; alia duo quoque mea, vela traque simul parta manu adiecerim; neq; restat aliud ad ea omnia conseruanda & stabilienda vndique, quàm tertium, quod est Murciense, adiungere: propterea quòd neque Valentum sine illo, neque Balearicum sine vtroque defendi potest. Cui rei Catalani socii vestri, prouidi ac frugi homines, maturè, solerterque occurrerunt, animaduertentes à tot indies ex Africa traiicientibus Mauritanis, atque se Murciensibus adiungentibus, non modò hisce propinquis Regnis; sed toti etiam Hispaniæ commune, quale fuit olim, excidium impendere. Quapropter satius esse ducentes, malum ex longinquo loco, quàm ex propinquuo vitare: non solum se, suaque omnia obtulere, sed tributum quoque Bouaticum ad propulsandum hoc bellum, nobis, vt scitis, concesserunt. Neq; video profectò, cur hoc etiam Regnum, quod eisdē, vel propinquoribus Maurorum excursionibus, quàm Catalonia subiectum est, simile quoque auxilium pro sui defensione non pendat. Est enim illud non aliis vībus, quàm sacro huic bello, meisq; genero & filiæ, à tam manifesto eripiendis periculo impendendum. Vnde peræquum est, vbi de communi bello pro defensione patriæ suscep:o agitur, sociis tam largè necessaria suppeditantibus, vo , qui & Regorum primi debellatores fuistis, & eorundem semper estis propugnatores, nō parcè, sed largissimè, vt vos decet, aut saltem paria conferre. Hęc cùm dixisset Rex, quidā Franciscani instituti monachus, à seipso impulsus, repente in suggestum ascendit, atq; ad sacrum hoc ipsum adhortans bellum, postquā Regiam tributi petitionē multis honestauit verbis & exemplis, adiecit, religioso cuidam sui ordinis diuinum obiectum fuisse visum, quo intellexit, in staurandam à Iacobo Rege Hispaniam, & à Sarracenorum incursionibus liberādam. Hęc proceres tanquam conficta somnia rei- cientes, ægrius tulere ea, quæ à Rege petebantur: quin etiā & ab eo diuertere cœperunt, Bouatici nomē vt execrabilis detestates. Hęc audiēs Rex, octo ex eorum principibus vi- ris ad se vocauit, quorum vñus erat Fernādus Sanctius filius, qui à patre, præ cæteris, hac in parte dissentiebat. Is enim olim Alfonsi fratris partes secutus, multa cum aliis eiusdem factionis indigna, illius causa, contra patrē machinatus fuerat. Exquò dissentiēdi à patre noua occasione oblata, quasi pugnat⁹ pro libertate patriæ, insolētius se gerebat; sicq; ad impediendū Bouaticum, cuius nomine, vt ferebat ille, pater Aragonēs in boues ad aratra ferēda cōuertere volebat, caput eius defensionis seipse constituit, adhærentib. illi Si- mone Vrrea, socero, & Bernardo Guillermo Entensa, qui cum aliis vocatis ad Regem venientes, nullis ab eo rationibus ad subeundum illud adduci potuerunt, neque de- cessitate belli, neque exemplo Catalanorum, neque fide ac iureiurando à Rege daro, se ratam partem proceribus, ac nobilibus restituturum; & constituturum, ne vñlo deinde tempore id imponeretur. Quin potius nouas de Rege querelas habentes, atque priuatas suas quisque causas publicis ac communibus preferētes, non modò petita negarunt; verū permulta, quæ antea in damnum suum, & iniuriam facta interpretabantur, com- pensari sibi à Rege petebant: imò ea ex præscripto legum, ac patriæ libertatis, iudicari poscerunt. Est enim populus Aragonensis, natura tenax: adeoque acer vindex, e- ius præsertim libertatis, quæ maiorum suorum sanguine parta fuit; vt eodem quoque, il- lotum exemplo, cùm defendere illam; tum pro ea mori non dubiter: Sine libertate enim nullam sibi vitā relictam putat. Indeq; est, vt antiqua sua plebiscita & priuilegia (foros vo- cant) tanquam eius libertatis vindices & custodes mordicūs, nimisque præfracte defendat. Quo fit, vt neque aliorum quidem populorum, præsertim vicinorum, effugiat inuidiā, Regum autem in auersum quandoq; animum incurrat. Quorum querela de Arago- nensisbus deq; eorum plebiscitis ea summa est, quod nullam illi tēporum rationem habe- re volunt, ac neque illud potissimum animaduertere; non esse & quum, eorum plebiscita, quæ plerunq; priuatis de causis, atque populorum importunitate, à Regibus, tanquam vi expressa, atq; extorta fuerunt, perinde vt sacratae leges, quæ summo Imperatorum, at- que peritissimorum Iureconsultorum cōsilio, pro communi bono latæ sunt; perpetua- tis, siue immutabilitatis naturā obtainere. Cum potius aut pro vicissitudine, malitiaq; tē- porum, mutanda esent; aut pro atrocitate criminum, vt leges etiam, exasperanda; atque,

ut morbis, pro natura, vsu, & consuetudine ægroti adhibenda est medicina; sic intabescientia Reipub. membra, ne proxima corrumpant, non lenimentis, sed igne, aut ferro nonnunquam sint præurenda. Fit enim obie&tu plebiscitorum indulgentiorum, ut pleraque delicta, sceleraque s̄epiu remaneant impunita. Verū respondent Aragonenses, atque pro se non insulsè dicunt; iisdē ipsis plebiscitis, tanquam legibus, auctam potius, quam imminutam suam Rempub. fuisse; immò cum vera religione quidem, haec tenus multò melius conseruatū. Este præterea se, mitiore quam alias natura, atq; ingenio tarde, potius, quam præcipiti ad mala perpetranda, ideoque quib. non est acceleratus delinquēdi vsus; tardā quoq; atque procrastinatā esse debere punitionem, atq; ad continēdos in officio ipsos, tanquam lenimentis, nō incisione opus esse. Nec obstat, quod bona Regni pars plana, satisque culta, atq; amena appareat, & ad inhabitandum, & ferendum iugum apta; cum maior quidem perfrigida, horrida, & montosa sit, ac licet cultura vacans, propeque inhabitabilis; solius tamē libertatis dulcedine allecta, cum mirè frequens est; tum paucis contenta: quæ si, aut maioribus, quam ferre potest, oneribus grauaretur, aut truculentioribus, quam solent, pœnis, multisve puniretur; planè, aut omnino desereretur illa; aut duriore quam usquam paupertate, ac seruitute cultores premerentur. Vnde Reges, pro illorum haec tenus, Regia simul & diuina inuolata fide, quarum hi fuere semper obseruantissimi: sic in eorum libertate, liberisque scitis conniuent, vt iisdem modo absit abusus, ad eius regionis tum incolumentem, tum publicam commoditatem, facile iudicari res permittant. Id, quod Iacobus tunc temporis prudentissimè animaduertit: ne que enim tanta oblata occasione, plebiscita ipsa abrogauit; sed ipsis abutentes proceres, vt dicemus, mirè persequutus est, atque acerbè puniuit. Igitur proposito à Rege tributo, magnæ illicò seditiones in populo concitatæ fuere. Neq; enim in tanta rerum perturbatione defuerunt, qui, vel procerum causam aduersus Regem, vel Regis aduersus proceres tueretur: tametsi hæc quidem pars præponderaretur eâ, quæ pro libertate pugnabat: eaque una libertatis vox à populo emittebatur. Hanc igitur acerrimè defendere studentes proceres, Sanctio, & Vtrea ducibus, Alauonem excesserunt; vbi percuesso fœdere, societatem inierunt; indeque omnia raptim, turbatimq; agi cœperunt. Vnde conuētu non de more dimisso, sed pertumul' tuos: è dirempto, proceribus cum populo ad arma conclamantibus, Rex Montionem profectus est: ibique copias coegit, accersitis è Catalonia militibus, ac nonnullis proceribus, qui præstò Regi fuerunt: quibus accesserū Tamari-tani, eoque paruo exercitu, breui aliquot Aragonensium procerum oppida & arces, tam Petri Massæ, quam Sanctii filii cœpit: promulgauitq; vniuersa oppida & pagos procerum, se, ferro & igni: vastaturum. Quæ audientes proceres, depositis armis, iure age-re maluerunt. Sciebat enim Regem non tam contrario, quantumuis licet potentissimo, armorum impetu, quam auditio iustitiae nomine, ab armis discessurum. Iamque connitebantur summoperè, vt de querelis, deque controversiis, ac quibusuis litibus, iudicaret Iustitiae Aragonum præfctus, omnesq; iudicarias controversias, quæ Regem inter & Regni proceres, nobilesque viros oriretur. Præfctus constitueret, easque ipse & Regio, & procerum, nobiliumque consilio, qui Regia in aula versarentur, decidere. Insuper cùmis Magistratus, seu præfectura, à se, & à superioribus Regibus demandari cui vellet, soleret, in posterum promisi, non aliis, quam viris, qui equestris ordinis essent, eam mandaturum. Placuit igitur Regi, ac per quum visum est, vt cum honesta iuris intercessione, tum ab armis discederetur, tum etiam Magistratui, ac præfecture suum quodammodo abrogatum ius, & imminuta iurisdictio, restitueretur. Erat enim hæc publica Regni dignitas, atque potestas præfecturæ (vt de ipsius origine & facultate, pauca quæ ad rem pertinent dicimus) in præsidium & custodiam publicæ Regni libertatis constituta: ceterisque eius, siue regiis, siue ordinariis civitatum, oppidorumque magistratibus, præferri solita. Ac, vel ex eo maximè præstans, magnique semper habita, quod in tanto sibi iure, ac præsidendi potestate collata, nulli fuit unquam Tyrannidi, neque perturbationi rerum obnoxia, vt pote cùm non solum, pro æquo & bono, quibus ex plebiscito modis solet ipsa: verum pro summo quoque iure, deque consilii sententia, cuncta decernat. Neq; enim querit quæ sua sunt: sed tria potissimum contendit. Primum vt suum cuique tribuatur: alterum, ne cui vis inferatur, tertium, vt Regni plebiscitis stetur. Similis illa quidem tribunitiæ potestati: quem Magistratum Romani olim, defensorem, ac custodem populi esse voluerunt, atque auxiliis causa, contra illatam vim constituerunt. Vnde sicuti apud Lacedæmones Ephori Regibus, apud Romanos Tribuni Consulibus opponebantur: sic apud Aragonenses, ne aut vis veritati adhiberetur, neve furor, ac imperus aliquando Iudicum, ius oppimerent: & Regibus, & Consulibus, & cuicunque Regni potesta-

potestati, ut se opponeret, creatus is fuit magistratus. Cujus tanta vis est, tam constans, & iusta quasi dictatura, ut ab eius hucusque origine, & creatione, nullo fuerit unquam tempore, aut occasione abrogata. Quo maior est profecto admiratio; eaque nos vehementer ad inquirendum incitat, quoniam potissimum tempore, aut Imperante Rege, ac quibus etiam de causis, primi, tam Reges, quam proceres Aragonenses, tantam, adeoque maiorem, quam singuli potestatem haberent, quia abdicarint a se, atque vni soli contulerint. Idque non solum ad iudicandum de summis, grauissimisque Regni rebus, ceterasque infra se habendas iudicationes; verum in plerisque ipsarum, illius vno, ac definito iudicio standum. Sed de tempore, ac Regibus, & proceribus, quibus fuit conditus magistratus, non admodum expressa est, neque literis, neque diplomate consignata memoria: scu neque esse permittitur fortassis, ut eo plus autoritatis, plus fidei, ac iuris eidem ab antiquitate, & inueterato, siue praescripto praesidendi usu accedat. Occasionē vero, siue causam, haud alias fuisse credunt; quam par olim primorum Regni, atque procerum Imperium; atque ab his profectam Regiam dominationē: indeque frequentes inter eos, super diuisione rerum, hostilium praesertim spoliorum, contiouersias, & contentiones: quasi quod par pari nolle iudicio succumbere: hincq; necesse esletius in armis, quę semper gestabant, ponere. Ex quo, ne cruenta pugna & ferro differētias dirimerent; nevè vlla subinde in Regem conspirandi occasio daretur; tam Rex, quam proceres, de suo detrahētes, atq; magistratui conferentes, ipsum omnium consensu crearunt: atque ex eo maximē, quod is in suo cuique tribuendo versatur: totique Regno praest, Iustitiam Aragonum nuncuparunt. Ab ea quippe virtute, quę omnium Reipub. basis est ac fundamentum, iuste fuerat denominandus Magistratus, qui omnibus Regni iudicationibus, tanquam Iustitiae iustitiarum, erat præponendus. Per hunc enim Reipub. Aragonensis salus non modò fuit perpetuò retenta, ac vera illius etiam erga Reges fidelitas conseruata: verum ipsamet Regia dominatio, aut aucta quidem extitit per illum, aut magna saltem ex parte relevata. Siquidem ad subitas tum populorum contiouersiones sedandas; tum ciuium inter se discordias componentidas: tum insolentium quādoque procerum libidines refrænandas (quę propria sunt Regis munia) num commodio realio, promptioreve, quam hoc ipso magistratu, tanquam vno instrumento pacis, ipsum sibi Regnum consuevit accurrere: nonne, quod in ea re, sua maximē præsentia fecisset Rex, id ipsum deputatus ab eo magistratus solitus est efficere? An non hinc est, quod Aragoniæ res minus premant Reges, minusque ipsi negotii facessant, atque in comitiis generalibus minus quoq; querelarum ab Aragonensisbus, quam ab aliis sociis Regnis habeantur? Inde quippe superiores Reges huiusmodi magistratus vim satis cōpertam habentes, necnon & proceres non esse alienam à commodis suis, ac neque contraria ei potestati, rigidæ, nimisque leuæ quam ipsi in subiectos sibi populos, sine prouocatione habent, perspicientes: eodem, quo ab virisq; consensu creatus est magistratus, à consequenti bus, progressu temporis, fuit etiam auctus, atque & potestate, & iurisdictione amplificatus. Ita quippe Iacobus audiens velle proceres, exposcereque, ut contiouersias, quas tam secum, quam inter se illi haberent, Iustitiae Aragonum præfetus iudicaret; per quem id esse dicens, prouidit in posterum, ut illud de iurisdictione præfetti, quod antea usu tantummodo & consuetudine receptum etat, deinceps scripta legesanciretur. Demum induciis factis, de reliquis contiouersiis omnibus, Rex, & proceres apud Cæsaraustanum, & Oscensem Episcopum compromissum fecerunt. Quibus peractis, proceres se Regi ad Murciense bellum adsuturos promiserunt. Sed ob eunte interim Oscensi Episcopo, Cæsaraustanto vero à pronunciatione abstinenti, iudicatio ipsa penes Regem fuit, neque manus iis bonis iuncta, quę facto compromisso tenabantur. Præterea paulò post, comitiis à Rege, Exæ habitis (inclytū id Aragoniæ oppidum est, eognomēto equitum, ob eorum frequentiā) plures leges proximis conuentibus scriptæ tantum, ibi scitæ, ac promulgatae fuerunt. In primis ne Rex, qui que alii postea Reges essent, honores, & militaria officia condonaret, nisi iis qui agnati procerum essent, nō modò iure, sed natura quidem, ac neque exteris, illa tribuerent. Ne quis procerum, nobilium, Bōuatici, aut scripture tributū (Herbaticum ipsi appellare consueuerunt) depōderet. In omnibus contiouersiis, quę inter Regem, & nobilitatem orirentur, præfetus Iustitiae Aragonum iudex esset, easq; proectum, atq; nobilium, quorum nihil interesset, cōsilio ditimeret: reliquas vero procerum, & equestris ordinis causas, idem præfetus, Regis ac procerum cōsilio diiudicaret. Rex liberis iustis nuptiis procreatibus honores, militariæ officia, ne attribueret. His constitutis, atq; induciis cum proceribus factis, literas ē Castellæ accepit, quibus intellexit, Alfonsum expeditionē contra Granatenles suscepisse.

Quamobrem ipse quoque Murciensibus bellum indixit; ad quod Clemens IV. Pontif. sacræ expeditionis præsidia, & noxarum expiationem indulxit; atque sacrosanctæ Crucis prædicatione, è tota ferè Hispania multorum fuit militum concursus, Tarragonensi, & Valentino Antistitibus, concionatoribus, & sacri huius belli lituis. Itaque Cæsar-augustæ primum renunciatis Ducibus, & Signiferis, exercitum ad duo millia equitum conscribi iussit. Duces exercitus fuere Petrus & Iacobus filii; & Raimundi duo, Cardona, Vicecomes, & Moncada, aliis Aragoniæ proceribus, quod alienato adhuc animo à Rege essent, militiam detrectantibus, prætet vnum Blasum Alagonem, qui Regi semper adfuit: tametsi Aragonenses postea manipulatim Regem sequuti fuerunt. Sed recensitis equitibus, sexcenti dumtaxat præstò fuere ex his mille conscriptis, quibuscum collecto passim in itinere peditatu, Valentiam properatum est. Cumque venirent Turolium, crescente indies exercitu, ac deficiente commeatu, req; frumentaria, ingressus est Rex urbem; quæ nunc intercedente Philippo II. Rege, concessione Gregorii XIII. Pontif. in Episcopatum ercta est; ubi conuocato Senatu, itineris, atque expeditionis suæ causas aperuit: seque fuisse coactum ad sacrum hoc contra Murcienses suscipendum bellum; non solum ut Regnum, ob conspirationem Granatensis deditum, eisdem inde pulsis, genero, ac filiæ recuperaret: verùm ut impediret, ne sese illi cum Murciensib. iungentes, in Valentiniū conuolarēt, vnde Aragonense Regnum derrimētum acciperet. Atq; ideo, instantे expeditione, ipse, non tam de cogendo exercitu, quam de sustentando sollicitus, carere se in primis re frumentaria, & pecuaria, alioque necessario bellico cōmeatu, ostendit. Proinde rogare, ut quæ ad manus haberēt, suggesterēt: habituri breui ex Regiis censibus compensationem. Ad quem vnu ex primoribus, Ægidius Sanctius Munotius, filius quodam Paschasi, de quo antea diximus, qui senatus mente competam habebat, respondit: Non ignorare te, Rex, credimus, ciuitatem hanc nulli ex suis Regibus tuis maioribus defuisse vñquam, neque nos quæcunq; imperata fuerunt, facere recusasse. Quamobrem, quò maiora sunt, quæ tu pro communi re facis, quam quæ illi, eò maiora deberi tibi fatemur: & quæ pro aliis nunquā, pro te nunc facere decreuimus. Offerimus enim tibi nos Valentiam ituros obuiam, cum mille tritici coris, & tribus mille farinæ: at iustum x x. millibus, boum verò duobus millibus: ac si opus erit, plura datus. Te autem interim, & exercitum, hospitio excipiems honestissimo. Hoc Turoliensium tā magnificum, atq; splendidum sponte oblatum munus, Rex admiratus, Cæsaraugustanæ nō immemor iniuriae, ad soos conuersus; Nū, inquit, Cæsaraugusta plus vi dedisset, quam Turolium sponte obtulit? Itaq; gratias eis habens, maximeque ipsos de munere amans, potentibus Turoliensibus, duos vel tres dimisit satellites, qui per suburbana & pagos, Regio nomine, quæ mittenda essent, colligerent. ipseq; quamuis illi renuerent, ex Regiis censibus, persolui omnia præcepit. Cum igitur Valentiam venisset, Turolienses cum omnibus præstò fuere. Quæ cum pergrata, atq; accepta haberet, optimis, variisq; Valentini agri fructibus oneratos remisit.

BERNARDINI GOMESII MIEDIS, ARCHIDIACONI SAGVNTINI, DE VITA ET REBUS GESTIS IACOBI PRIMI REGIS *Aragonum, cognomento expugnatoris.*

LIBER XVII.

Dicitur Iacobus Valentiae commeatum & armamenta parat, ac reliquas ex Catalonia, & Aragonia ad Murciense bellum conscriptas copias operitur; graues subinde, atq; constates rumores per urbē spargebātur, de innumerabili Afrorum, qui in Beticā traicerat, multitudine, ut qui Granatensis adiuncti centū quinquaginta milliū numerū perhiberetur exceedere; eoruq; omniū mēs esset, sese in Murciē Regnū immittere; eoq; cōparato, protinus in Valentiniū conuolare: vt non amissum modò Regnū è Iacobi manib. eriperet, ac Zaeni, suisq; recuperarēt: sed Iacobum etiā è propriis sedibus, ac Regnis expelleret. Erat n. iam ab omnibus Hispaniæ Saracenis & Afris, conflata conspiratio in Iacobum: cuius tam florens dominatio & Imperium, vniuersis Saracenis, præcipue Afris, in magnō erat ex inuidentia concepto odio: nec tam

men tam ingens ira, & potentia hostis contemnda erant. Compertum etiam Rex habebat, ex omnibus à se ante suscepis bellis, nullum fuisse vñquam cum hoc Murciensi comparandum, ac neque sibi magis reformidandum. Nam quamquam tot ipse numero, tamq; paratos ad dimicandum contrasse, hostes habuerat; nunquam tamen minoribus facultatibus, atque copiis, iisque inter se diuisis, ad illis resistendum prodierat; nullus denique hoc ipso, belli exitus magis portendebatur exitiosus: propterea quod non solum Afros & Granatenses ante se haberet, sed Valentinos etiam domesticos hostes post se relinqueret: neque timendum non erat, ipsum vel præliantem, ab utrisq; intercludi posse; sequeris victimam præberi. Quæ omnia à proceribus, & populo, vltro citroq; relatā, tā-
ctis à Rege perpendentur; nec patuiducerentur, vi potè quæ virum quamlibet constā-
tem honestè possent ab incepto detergere; tanta tamen erat ipsius cum animi magnitu-
dine coniuncta fortitudo, vt hoc vno in bello non modò hostes, sed seipsum superarit,
et que alacrius in eos inuestus fuerit. Quamobrem contemptis rumoribus, commeatum
& armamenta præmittens, cum vniuerso exercitu profectus est Setabim: ibiq; equites
leuis armaturæ trecentos assūmens, Bariūm progressus fuit, vbi congregatis Ducibus
exercitus, totius nauandæ operæ, atque bellicæ expeditionis rationem eis significauit:
fuitque deliberatum, vt debellatis primùm Murciensis Regni oppidis circa Vilienam,
quæ sunt prope Oriolam, & Alicantum, vltima esset vrbis expugnatio. Vnde misla parte
exercitus in leuam, ipse cum altera dextram tenens, Vilensiisbus, qui contra Manuelem
Regis Castellæ generum conspirarant, per præconem ad mœnia denunciauit, nisi resi-
piscerent, atque Manuela sedederent, depopulaturum se eorum agros, ac oppidum com-
planaturum. Ad quem Vilienenses, sc; certis conditionibus in potestatem Manuela re-
dituros dixerunt, modò raras illas habiturum Manuelem ipse promitteret; promittente
Rege, Manuela se dedidere. Quorum exemplum Eldenses sequuti, se Manuela pot-
estati permiserunt. Id ipsum imitati Petrecenses, Neupotenses, Illicitani, qui nunc Elgi-
ses, fidem Iacobi sequentes in potestatem Regulorum suorum redierunt: simulq; audita
Regis benignitate erga sponte se dedentes populos, tradita quoque fuit illi Calagutria
turris magna, valdeque munita, quæ præcipua erat Illicitanorum arx, ante quam exer-
citus eō conueniret. Ea fuit enim Iacobus sapientia & opinione famæ prædictus, vt non
minus atte, quæ in ferro vinceret. Misso igitur in eius arcis præsidium Barcinonensi An-
tistite, ne ab exercitu illorum ager vastaretur, ipse concessit Orcelim, vulgo Oriolam;
quo statim venit præfectus Criullenii oppidi munitissimi, vt illud, & duas eius arces pre-
munitas in potestatem redigeret, vna tantum missa cohorte: qua ad eos perueniente,
præstiterit præfectus quod promiserat. Sicque ab ea parte omnia oppida cum arcibus se
Regi, ac suis veris dominis, quos dispulerant, tradiderunt. Iam vero egredienti Otiola
Regi, vt in Murcienses pergeret cum equitatu, occurrerunt Almugauares prætoriani
milites, quos Rex dudum præmisserat, vt excursiones in ea oppida, quæ intra Ilorcim &
Murciam continebantur, facerent, prædasque in castra mitterent; quin & per captiuos,
quos comprehendissent, consilia hostium inquirerent: ac tandem lustrato, atq; explora-
to vtriusque vrbis agro, ad ipsum reuertenterunt. Hi redeuntes renunciarunt, ante horas
viginti, sub ipso noctis crepusculo, vidisse prope Ilorcim prætereuntes octingentos leuis
armaturæ equites, cum duobus millibus peditum Regni Granatensis, qui duo mille iu-
nenta, omni commeatu & armorum genere onusta versus Murcienses agebant; quippe
dissoluto ordine, ac nihil hostile timentes incedebant; facileque esse eos cum vniuersis
sarcinis & impedimentis intercipere, si quā celerrimè, nullaq; mora interposita, cum
exercitu in loco à se explorato satisque ad dimicandum expedito, eos præuenirent. Quo
ipso tempore Manuel, equitesq; ordinis Templarii, Hospitalis, & Vclensis, vna cum Al-
fonso Garcia strenuo, ac bellico viro à Rege Castellæ ad bellum misso, se se Regi ad-
iunxerant: erantq; simul omnes equitum ad mille ducentos, peditum vero ad viginti
millia, itaq; omnibus se, sequi iussis, prægnante Almugauarum cohorte, qui hostium sta-
tiones præuenirent, traecto Secuta flumine, vt primum illuxit dies, in pagum quendam
forte defenerunt, ad radices parui montis, qua illi cum iumentis transiit, secun-
dum tumulum non longè ab urbe; vbi antiquorum Murciae Regum sepulchra sita erant.
Ibi ergo Rex Almugauarum consilio, exercitum quiescere, sumptoque cibo, se ad pu-
gnam comparare iussit; eumq; protinus ita dispositus. In primo agmine Petrum & Iaco-
bum Principes cum suis è Catalonia copiis collocauit; alterum vero agmen, vbi Arago-
nensem & Castellanorum permistæ legiones erant, tenuere Vclensis, cum Petro Nuni-
nio Guthmano, & Alfonso Garcia Castellæ proceribus, & Alego cum Aragonensisbus;
postremum cum Manuele & Almugauare, Regi obtigit, testissimis centum cataphractis.

cinctum, præter magnam aliam velutum manum, quos extra ordinem cum amictatis hastis Rex miserat, Duce Roccavallio, pernibili Oriolensi equite, ad exploranda hostium consilia & iter. In quos descendentes iam per declivitatem montis, Vclensis, & alii sui agminis vehementer instabant, ut impetus fieret. Verum Rex prohibuit omnino, quoad vniuersi illorum equites in planitem descenderent, ut in præsentes tunc nostri irruerent, seque inter eos, & montem interponerent, ut à pedibus, atque à sarcinis & impedimentis separarent: sicque equitatus in equitatum, reliqui in pedites conuersi, prælium committerent: & tamen cum Rex, non tam præsentes hostes, quam propinquos urbanos pertimesceret milites, quos sciebat multos, atque omnium lectissimos in urbe esse; nec dubitatet, initio prælio, illorum subsidio venturos, ideo aciem sic instruxit, acsi cum urbanis etiam esset dimicaturus. Prodiens ab nouissimo agmine è medio Cataphractorum fulgentibus tectus armis, lustratoque primum exercitu, atque omnibus circumspectis, venit ad primos ordines, quos ducebant Principes filii, ac, ut animosiores ad dimicandum redderet, graui, ac contenta voce cohortatus est, ut meminissent, quo ipsi patre geniti, ac procreati essent, quem simul Ducem & commilitonem haberent, atque facinorum spectatorem: quod magis cœlestem omniumque communem patrem respicerent, gratiasque ei immortales haberent, quod dimicationis suæ primicias, non contra Christianos, sed contra inapios Christiani nominis hostes offerri dederit: eique seta mente deuouerent, datus sine dubitatione, & vim suis ad peruincendum, & hostibus ignauian ad resistendum. Ab his illico ad milites conuersus, propositam, atque oculis subiectam eis prædam, sarcinas & commeatum, si bene strenueque pugnarent, ipsis diuidendum ostendit: neque dubitare se dixit, ipsos tam assuetos alioqui, hostes numero superiores vincere, inferiores, tame si non contemnendos, deuicturos. Iis dictis, in locum suum recessit, ac protinus dato signo, nostri equites in hostium equitatum primum impetum fecerunt, quem illi minimè sustinere valentes, in eam partem qua venerant, se fugæ mandarunt: hos pedites secuti, in turpè fugâ coniecerunt. Quare ad persequendos eos maximè cohortantibus Vclensi, & Castellanis, Rex iussit canere receptui, veritus ne, aut a tergo eos urbani adotirentur, aut in insidias, pluresve hostes, si persequeretur, incidenterent: propterea quod fugientes tenderent in oppidum Alfamā propinquum, in quo arx erat munitissima, multoq; plena militate, qui nostros prædæ inhiantes, & dispersos facile superare, ac perdere possent. Itaq; direptionem Rege prohibente sarcinæ & impedimenta capta sunt, omniaque manu ipsius distributa Ducibus & militibus, præteriumenta & cibaria, tanquam exercitui & castris necessaria. Sed stupor omnes inuaserat, qua causa urbani, præstantibus prope urbem Granatensibus, qui subsidio illis venerant, non opem tulerint: laterè enim ea pugna minimè potuit urbanos, cum non longè ab urbe commissi fuerit. Verum à captiuis deprehensum fuit, esse à Granatibus certiores factos, opemque ab iis ferri petitam; non tamen ausos urbanos eam ferre, propterea quod graues rumores sparsi in urbe essent, Alfonsum scilicet & Iacobum Reges, cum magnis exercitibus venire ad urbem obsidendum; ideoque initum à Iacobo prælium, strategia nafuisse ad elicendos ab urbe Murcienses, ut à propugnatore destitutam Alfonsum intuaderet. Neque profecto una omnino fuit eorum opinio: quandoquidem Alfonsus per id tempus venerat Iacobum visurus, atq; ad præstitutam diem in oppido Alcarracio, non longè ab urbe, conuenerè, una veniens Iolans filia, eiusque libeti C. stellæ Principes, una etiam Berengaria Alfonsina, filia Alfonsi domini Molinæ, & Mesæ, in signum Castellæ oppidorum, in confiniis Aragoniz. Quæ cum esset per pulchritudine, atque cum venustate dignitatem quandâ vultu præse ferret, adeò eius amore captus Rex fuit, ut matrimonii fide data in posterum eam in contubernium acciuerit. Neque mirandum quidem, in tam continuo, prosperoque ac triumphanti bello, Matrem subito in procreatrixem Venerem incurrisse: proclive enim est ad eam, ab labore omnium hominum ingenium, maximè vero sollicitante communis rerum paréte, natura, cuius non patum interfuerat, multos orbi Iacobos edidisse. Itaque postquam de oppugnatione Murciensis inter Reges est actum, atque à Iacobo illius curia suscepta, Alfonsus & Iolans, cum liberis reuersi sunt in Granatensis castra; Iacobus vero, vt nonnulla oppugnationi necessaria præpararet, Oriolam regressus. Quod venientes Vilienés Regi dixerunt, se Manuela dedidisse, ut esset promissi memor; statimque Rex, consentiente Manuele, in illorum arce præsidia collocavit; profectusq; in oppida Nonpetiū, & Elgium, ea cum turri Calagurria Manuela tradi fecit; atque iterum reuersus Oriolam, natalitia Christi ibidem celebrauit. Inde Alicantum venit, ubi exercitu congregato, Muriac contredit, in eius conspectum castra positus. Ipse quippe primus cum specul

Speculatore anteibat regionis situm exploraturus, aptioremque ab obſidēdati, & oppugnandam urbem, locum inuentutus. Mos enim erat Regibus prælium commisuris, Regia id referente historia, in postremo esse agmine, loca tamen ad obſidēdum indagaturis, omnibus anteire. Sed cum in locum, qui fuerat speculatori viſus aptior, antelucem ambo veniſſent: neque ob circumfulas tenebras, quantum ab urbe distarent, agnoscerent; ut primum illuxit dies subito ſcēta in conſpectu urbis dederet: tam proximē, ut adiactum ferē balistæ ea eſſe. Iumenta enim & pecudes urbanorum propè oberrabant. Quo animaduero Rex ad speculatorē māit. Temere profectō tu quasi loci ignatus, ad designandam obſessionem, me in tam propinquum urbē locum conduxisti: verū ut libet, iacta eſt alea, tenendus eſt locus, ac ne digitum quidem pes referendus. Statimque positis ibi caſtris, ea vndique fossa & vallō cingi iuſſit: quin & machinas, & tormenta diſponi, ac in loco, & ordine ſuo quemque manere conſtituit. Noſtris igitur operi instantibus, Murcienses irruptiones facere cœperunt, atque frequentibus sagittarum iactibus, saxorumque iactibus exercitum vexare. At verò Rex sagittarios Dertofanos, & funditores Baleares, à laua poſuit, ut irrumptentes farracenos, ac ſeſe protinus in urbem recipientes icerent: miſſa ſimul Cataphractorum manu, qui ſuo impetu aggredientium agmen turbarent; noſtrisque contra Sagittarios hostes pro muro eſſent: quò tutius ferire illos poſſent, atque sagittarum & saxorum imbreſ simili er in eos contorquere. Hunc ergo in modum eorum audacia adeo repreſſa fuit, ut totum meſem ab eruptionibus temperatint: noſtro interim exercitu, machinas & tormenta mutis admouente, ac Rege etiam nihil non, quod strenui dueſ eſſet, machinante, quo d Murcienses ad deditioñem cogerer. Eius enim ſpe fretus, omnino prohibuit vastari agrum: quo beneficio, plerosque urbanorum animos ad ſe pelliſieba. Interim ipſe ad nos ſuos, quos in urbe habebat, clam ſubmittebat fidos aliquos ex Valentinis farracenis, qui ad deditioñem illos inducerent, benignitatem Regiam, suaueque morem in excipiendis, humaniſimeque tractandiſ iis, qui ſeſe ei ſponte dedebant; atque in eos, qui obſiſterent, pœnas & ſupplicia prædicantes. Addebat etiam, recipere illum in ſe, Alfonſum generum, quæ ipſe ageret cum iis, omnia probaturum: poſſeque, eodem deprecatore, in gratiam Regis ſui, nullo ſuo iure imminuto, redire. Quæ cum ad primiores urbē relata eſſent, deque dedenda ipſa Regem perinde agere vidiffiſſent, ac ſi propugnatoře vacua, atque fame oppreſſa omnino eſſet; tantus vniuersos inuasit timor, ut pro oblatis conditionibus placuerit deditio: maximē verò, augenſcente indies Regis exercitu, illorum verò auxiliij ſpe, Granatenſi Rege Alfoniſi bello impedito, penitus abiecta. Vnde placuit primoribus, ſeſe, ac urbem Regi dedere; iamque pulso inde præfecto a Rege Granatenſi miſlo, cum eius militibus, qui urbanis numero iafeſtores erant, ne que arcem tenebant; Regi ſignificarunt, ſed ad certam diem, urbē portas, patefacturos. Ex quo Rex protinus quinquaſinta cataphractos, ac totidem leuis armaturæ equites, cum centum viginti sagittariis Dertofanis præmisit, qui urbē intrarent; ipſe vero ad ripam Securæ amnis, qua is arcem alluit, conſtituit: quoad illi vniuersas urbē turres & propugnacula, in primisque arcem tenerent; atque in editiore eius turri vexillum Regium locarent. Quo inspecto Rex illico cum dimidia exercitus parte urbē ingeſtus eſt. Sequenti verò die in arcem ascendens, munire eam præſidijsque in ipſa diſponi iuſſit. Deinde totam peruagatus urbē, co-mitantibus antiquo præfecto, cum aliis quinque ciuitatis primatibus, eam in duas partes diuifit: quarum alteram, quæ arcem, & Mahometi ædem magnam comprehendebat, caſtris propinquiorem, Christianis habitandam dedit, alteſam verò farracenis reliquit, in qua decem alia Mahometataæ ædes erant, ſatiſque amplius ad habitandum locus farracenis reliectus. Verū farraceni de Rege conqueſti ſunt, quod magnam ædem illam, quæ erat omnium princeps, ac frequentiſſima, fuſtuliferet. Tunc iratus Rex, vniuersum exercitum urbē ingredi, atque in armis, & quaſi paratum ad eam diripendam eſſe iuſſit. Quod pertimescentes farraceni, Regem ſupplices obſecrarunt veſtibuli ignoſceret, atque ædem eum omni te, prolibito acciperet. Pacatus Rex, ædem a Carthaginensi Antiftite expiari, atque ſacrae Virginimatri Mariæ dedicari curauit. Ei enim ex voto omnia templi in locis farracenorum conſecrare ſolebat. Erant autem iam tum permulti permittiſſi farracenis Christiani, tota eadiceſi Carthaginensi, christiani viventes, atque ſacella yna & Epifcopum habentes, qui pietatis, ac religionis iura in eos exercebat. Itaque expiato atque ſacrato templo, Rex, & Barcinonensis, & Carthaginensis Antiftites, atque vniuersi, qui inuenti ſunt ſacerdotes, aliique Dei miniſtri e toga confluentes diocesi, cum vniuerso Christiano populo e caſtris exētentes,

& cum magna pompa, & hymnis, urbem ingredientes, illud adierunt: vbi pro victoria sine cruore parata, maximas Christo, eiusque sacro tactæ matrigitatias egerunt. Post verò Rex ad exercitum conuersus, collaudatis omnibus, tanquam bene de se meritis, atque victoriarum participibus, eis gratias egit humaniissimè, singulos Duces, signiferos, primi que pilos & centuriones, summa excipiens affabilitate, eorum virtuti ac dextribus, q[uod] non uno, aut altero, sed quatuor potitus Regnis fuerit. Qui autē ex procerib[us] præcipui interfuerū huic bello, fuere Petrus & Iacobus filii, magnus Magister equitū Vclēsis, Arnaldus Episcopus Barcinonensis, vna cū Cartaginensi, ac etiā Petrus Gerardus Templariorū promagister, Petrus Fernandus Regis filius, Guido Vespa promagister Hospitalis, Huguetius Comes Emporitanus, Raimundus Moncada, Blascus Alago, Iaufridus Comes Rocabertinus, Guillermus Rocafullius, & Carrocius Rebolledi dominus: quibusculu Rex diebus multis egit Murciæ, vbitanquam verus Rex, ac dominus debellatæ sevrbis, domos & prædia veteranis liberalissimè diuisit, eis præsertim, qui ibidem commorari, ac in perpetuo vrbis præsidio, & conseruatione Christianæ religionis remanere promiserunt. Postremò Legatos ad generum misit, qui nunciarent, se urbem Murciam cum vniuersis eius Regni arcibus, & oppidis viginti octo, quæ ab eo ad Granatæ Regem defecerant, vi & armis recuperasse, eaque omnia cum reliquo Regno subegisse, atque ut totum tanquam sartum tectum reddat, præsto esse. Proinde præsidia mitteret, ad excipendum illud, & defendendum. Factum profecto insigne ac commemorandum, atque cum maxima Regis laude & gloria concelebrandum. Potentissimum scilicet Maurofum Regnum, defectione amissum, atque à sociis protectum, quod sua dextra, suis sumptibus, & milite, oppugnarat, & recuperauerat, genere magnificentissimè contulisse, perinde ac si hoc ipsum antea filiæ dotis nomine promisisset. Demum arcem cum urbe Alfonso Garcia Præfecto ab Alfonso delecto liberè tradidit, relictis decem milibus Christianorum milium, qui Regnum, eiusque tutiora ad defendendum loca incolerent, religionem inducerent, sicutaque Mahometanam propulsarent; atque potirentur agro amoenissimo, pinguisimboque. Nam vbi ager est irriguus, non modo frumento, vino, & oleo, sed mortis ad sericum confiendum bombycinum, supraquam dici potest, abundat: vbi verò irriguus non est, qualis Cartaginensis propinquus ei campus versus mare sparto, & palmis est refertus, atque magnitudine passionis mirè fertilis, qui etiam urbe, & portu, Carthaginensis propinquus valde nobilitatur. Rebus igitur Murciensiū compositis, Rex Oriolam venit, quæ vrbis Valentini Regni extrema est, Murciæ ē regione ad ottum posita, nobilis ad modum, atque ingenis præstans, bellicisque olim assueta rebus. Eius ager latissimus, atque irriguus, frquentibus Securæ fluminis inundationibus, intuerit longè fertilissimus, atque frumenti, ob irrigationem, feracissimus, adeò ut prouerbio vulgatissimo fuerit locus, Pluit, auctio non frumentum dat Oriola. Ibi Rex cùm esset hyems, summe delectatus tepe ore acri, atque amoenitate agri, dies aliquot fuit. Inde cùm iam ver esset, Alicantum cùm exercitu venit. Quæ vrbis amplissimum, non tamen vndique tutum portum habet, in quem magnus ac frequentissimus est nauium ē toto Mediterraneo, atque Athlantico etiam mati concursus, ac magnasimul mercimoniorum conuentio. vbi Rex retento exercitu, vocatis Ducibus, bellum contra Almerienses Regni Granatæ prosequi se velle dixit, ac iuuare generum, bello aduersus eos implicatum. Sed obfidentibus proceribus, & admonentibus, tutum non esse tamdiu à propriis abesse Regnis, & aliena quererere, maximè verò ob componendas res Iacobi filii, præsertim de adiungenda ei uxori, quæ res Regiam omnino præsentiam requirebant, relictis præsidiis apud Alicantes, Vilienenses fines, ut Murciensibus, dum opus esset, occurserent, ipse Valentiam cum parte exercitus iuuenit, atque collustrata urbe, mirè delectatus est eius amplificatione, arque magnificorum & disictorum, præsertim templorum, ornatu & constructione: nec non validissimo muro in orbem perducto, turriūque frequentia, & distinctione. Iamque legibus & plebiscitis dehuc confirmatis, Barcinonem progressus est, paucisque ibi diebus commoratus, Gerundam venit, vbi controvicias inter Emporitanum Comitem, & Pontium Gefatdum Torrellam, de diuidundis agris, breui composuit: indeque Mompellerium cohecedens, ihelixit, matrimonium Beatricis Amadai Sabaudie Comitis filiæ, cum Iacobo, de quo Roccafullius egerat, aut Beatricis obitu, aut alius de causis, perfectum non esse; ideoque de Esclaramunda Foxensis Comitis sorore Iacobo iungenda egit. Cùm igitur matrimonium placuisse omnibus, Esclaramunda à suis honorifice Barcinonem deducta est, ibique celeberrimis nupris, Iacobo iuncta. Rex verò Mompellorio Perpinianum reuersus, inuenit præstolantem se nuncium cum epistola, qua Ferrentius Liciana, vpus ex proceribus Aragoniæ, Regem ob nonnullas acceptas iniurias

iniurias ad certamen prouocabat. Quo die contigit, vt legatus à magno Tartarorum Imperatore missus, cum grandi comitatu Perpinianum ingredetur ad Regem, oratum in summa, ne expeditionem ad Hierosolymitanum regionem debellandam detrectaret: se enim, & copiis, & armis iuuaturum; modo ipse bello præslet. Has duas, adeò inter se, & genere, & proposito dissidentes, uno die ac ceptas legationes Rex perpendens: altera, quam à summo Rege ad Imperatoriam tantæ expeditionis bellicæ potestatem vocabatur, alteram, qua à subiecto sibi Regulo prouocabatur, risum vix continere potuit. Vnde Tartaris lautissimè exceptis, atque in patriam iucundissime remissis; ad Licianæ nuncium conuersus, respondit; Se hactenus delectatum fuisse auctuacio gruum, aut tardarum auium; at nunc, vt ei morem gerat, picatum, seu columbarum visurum; eius inferiorem ordinem, præ Regio, atque sequoturam fugam prænuncians. Inde prefectus venit Ilerdam, ubi tumultuatio comparato exercitu, atque Tamaritano populo se sequi iusso, Licianam oppidum, cum aliis Ferrentii arcibus, in potestatem rededit, ac ob laæ Maiestatis crimen, Regno adiecit, ipso quoque Ferrentio profugo, nulloque certo in loco, metu Regis, consistente. Posthæc Rex Turiasonem venit, ubi denunciatum est ei, per plures passim deprehendi nummos adulterinos, Aragoniæ forma, & Castellæ petiçios: è quib; allati fuere nonnulli morabatini ex ære confecti, extrinsecus inaurati, cantata artis subtilitate, vt à veris vix discerni posset. Erant autem morabatini aurei nummi, qui dimidium coronatum pendebat. In huius criminis suspicionem quidam Regulus venit, nomine Petrus Iordanus, dominus oppidi Sanctæulæ, in confinibus Aragoniæ & Nauarræ siti, vna cum Elfa vxore illius, & liberis, & præterea operis ministris. Sed mortuo Iordano, liberisque profugis, Elfa cum ministris capta, atque iudicio conuicta, à Rege damnata est. Mortis autem genus hoc fuit; ore folliculo inuoluto, sacco coque insuta, atque in profluentem Iberum viua proiecta: quæ etiam poena fuit ministrorum, & cætorum, qui postea eo fuere criminis conuicti; uno excepto Canonico & Sacrista Ecclesiæ Turiasensis, qui etiam conuictus, sacerdotiis priuatus fuit; & quia sacrorum minister erat, non capite damnatus, sed in perpetuum carcerem detrusus. Quibus Turiasone aëtis, inde Rex abiit Cæsaraugustam, ubi Mariam filiam inuisit; quæ febricula lacescente, male habebat. Sed medicis morbum eleuantibus, breuique conualituram afflerentibus, ipse prefecturus Valentiam, Alcanitum, quâ in illam rectius est iter, venit: ibique diem domini natalem celebrauit: ineuntis verò anni primo die, Dertosæ egit: inde Valentiam perueniens, nuncium accepit Cæsaraugusta, Mariam post ipsius discessum, ingrauescente morbo, mortuam fuisse. De cuius obitu vehementer Rex doluit; ita vt cogitarit regredi Cæsaraugustam, vt eius saltem nouendialibus sacris, & exequis interesset. Decreuerat enim, vt Valbonam, ubi Reginæ mattis sepulchrum erat, Maria deduceretur, ibique humaretur. Verùm altero consequenti nuncio intellexit, ciues Cæsaraugustanos, iniuitis proceribus, qui in vrbe constiterunt, cadauer in templum maximum diui Saluatoris intulisse, illudque sepultura honorificentissima affecisse. Quod Rex haud omnino ægræ tulit, ac Valentia substituit. Posthæc literas à Petro Principe Barzinone accepit, qui bus factus est certior, Raimundum Folchium Vicecomitē Cardonensem, aliosque non-nulos Cataloniæ Barones, mortuo Aluaro Cabrera Comite, mouisse bellū contra oppida Comitatus Vrgelitani, in ea præcipue, quæ à Rege tenebantur. Verum Rex, noua facta iuris accessione Comitatus Foxensis, quod ad Vrgelitanū, & Vicecomitatum Castelboni, & Agerensis habebat: rursum bellum in vniuersos cominouit, in primis contra eos, quicunque Vrgelitanum inuadebant, cuius dominatus titulo semper insignitus Rex fuerat. Itaque cum exercitu veniens Cerueram, in pagis atque oppidis, quæ te Regi subiecerant, præsidia disposuit, copiasque adduxit ad prosequendum bellum, & Comitatum defendendū, dumque expectat, quid Vicecomes, aliique faciant: relictis interim Petro & Iacobo filiis, altero qui exercitui præfesset, altero, qui Mompellerium certa de causa abiret: ipse Toletū à Sanctio filio vocatus causis, quas mox subiiciemus, profisci paravit. Quo tempore rumor percrebuit, ac paulo post litteris è Sicilia ad Petrum confirmatus est, Manfredum Regem Petri socerum occubuisse, in agro Beneuentano Neapoli vrbi proximo commissio prælio cum Gallis, Duce Catolo Ludouici Regis fratre. Hunc enim antea Urbanus IIII. Pont. magno in Manfredum odio & indignatione comotus, vocauerat ad se: qui veniens Romam cum maximo & fortissimo exereit, certis conditionibus, Regno Siciliæ & toto terræ tractu, qui est citra Pharam, ad fines usque ditionis Ecclesiæ Romanæ, vrbe Beneuento excepta, à Pont. perpetuo beneficiario iure donatus fuerat, tradito que de more vexillo Regio, in possessionem missus. Vnde facta donatione, Carolus in Manfredum profectus, quo dictum, est,

prælio deuicit, pulsis scilicet, atque in fugam conuersis Manfredi copiis; à quibus deser-
 tus ipse in medios hostes itruens, non agnitus, telis confixus occubuit: simulque vita fu-
 it, atque Regno priuatus. Verùm ab exuentibus eum in campo, inter mortuos cognitus
 ac clatus, consulto Pont. Ecclesiastica fuit sepultura prohibitus. Quo nuncio Petrus, e-
 iusque vxor Manfredi filia, vehementer doluere: ipseque Petrus, cui intestati Manfre-
 di omnia bona iure obuenerant; ad ea quoque armis repetenda, atque in potestatem, vt
 fecit, redigenda, non inaniter se iam inde animo præparare cœpit. Cæterum causas, cur
 Iacobus à Sanctio filio vocatus, protinus intermisso Vrgelitano bello, Toletum perre-
 xerit, eiusque felicissimum itineris successum, enarremus. Fuerat enim Sanctius à Ro-
 mano Pont. Archiepiscopatu Toletano, summo totius Hispaniæ sacerdotio, præfectus:
 idcoque sacris initiatu, patrem per literas rogauit, vt vna cum Petro, & Iacobo fratrib.
 ad natalem Christi diem, Toletum in sui, Alfonsiq; ac Iolantis sororis gratiam venirent:
 vt ipsius primis Missæ solennibus, in sancto augusto que Regiæ vrbis fano interessent.
 Cui Rex annuens libentissimè, gaudensque illius vrbis visendæ iam diu desideratam si-
 bi offerri occasionem, ac vt vna etiam Iolaritem filiam & nepotes reuiseret, se iturum re-
 spondit. Petrum verò & Iacobum, quibus dictum est causis, excusatos voluit. Vnde
 profectus, Ilerdam, & Calataiubium præteriens, cœnobium Hortam venit: vbi ab Al-
 fonso genero magnifice exceptus, cum eo Toletū petiit. Cuius præclarissimæ, antiquis-
 simæ, maximeque mediterraneæ vrbis situm, quo fuit ea olim, esseque nunc posset inex-
 pugnabilis, sub aspectum subiicere, non erit ab instituto alienum. Estenim ambitu per-
 magna; decem quippe domiciliorum millia continet, atque præaltis, & præruptis mon-
 tibus tota ferè circuncluditur; iisque adeo propinquis, ac eidem impendentibus, vt in-
 clusus tumulus, siue mons, in quo ipsa residet, quemque totum implet, ab illis non am-
 plius balistæ iactu, quantum amnis interluit, separetur. Hic mons ab ea parte, qua Orients
 respicitur, altissimus est, ac præruptus; Tago permagno Hispaniæ fluvio, qui auriferis, vt
 fama est, aquis præstat, magno quodam impetu in illum incurrente: indeque sinistror-
 sum, tortuoso flexu, totam ferè vrbem circumfluente, & à montibus discriminante. Ab
 altera verò parte, Septentiones versus, qua in planitiem vergit ipsa, à summo illo fastigio,
 in quo est arx, haud æqualiter fit declivis, atque sumptuosissima ædificiorum frequen-
 tia circunsfunditur. Quæ tota cum monte vrbis munitissimo cincta muro, quatuor patefit,
 Portis: sed in primis ea, quæ ad ortum Solis, arcu subiecta est, quæ excipit Alcantaræ pons
 (sic illum vocant) ex lecto lapide, tanta cum magnitudine, tum arte constructus, vt vnicor-
 tantum arcu, & flumini, ibi licet altissimo, & infinito ferè concursanti populo, præbeat
 transitum. Sed illud profecto mirabilius, quod incredibili artificium ingenio, maximo-
 que sumptu ciuium tracta ab amne aqua, sui quasi oblita ponderis & naturæ, supra quin-
 gentos cubitos in montis fastigium ascendit, arcemque amplissimam Philippi II. Regis
 iussu instauratai, perenni & amoenissimo fonte ornat. Hic ergo situs natura munitus,
 sicuti superioribus sæculis, vrbem oppugnantibus cominus, fecit inexpugnabilem; ita
 rursum eminus inuadentibus, pandente se vrbē montibus, machinarum, atque tormentorū
 præsertim æneorum emissionibus, atque ædificiorum subinde ruinis, eandem
 valde subiecit. Verùm cum tam potens sit ciuitas, vt que, & bellum per se facere, & in-
 struere possit, huic etiam malo potest diligenter occurtere: aut hostes, antequam sit ob-
 sessioni locus, præueniendo; aut munitissimi hinc inde arcibus, vicinos montes preoc-
 cupando. Igitur accedente Rege, tametsi idem in Commentariis, de suo aduentu, in-
 gressuque in urbem parcè scribit; neque aliud quippam, quam venisse, vidisse, sacrissimè
 interfuisse, & alia quedam memorat: mihi tamen credibile non est, ad tanti aduentum Re-
 gis, tum Archiepiscopi & Reginæ parentis; tum Alfonsi quoque socii, de quo ille nuper
 fuerat benemeritus, ob recuperatum ab ipso Murciense Regnum, atque liberalissimè
 Alfonsorestitutum: quin triumphalis etiam ingressus ei à Toletano Senatu fuerit decre-
 tus. Ex iis enim, que nunc faceret Toletum, quæ tum fecerit, liber colligere; ac persua-
 deri quidem, ciuitatem in excipiendo Iacobo, cunctas suas opes, & facultates ostentasse,
 ipsiusque tandem ouanti similem, quanta potuit cum ostentatione & apparatu, tum sa-
 cra etiam pompa, qualis fieri solet in publicis supplicationibus, & triumphis, in templum
 maximum deduxisse. Vbi post patefactam inæstimabilem sacrarum, adeoque pretio-
 sarum rerum in ea copiam repositam; verisimile est, fuisse ostensa etiæ trophya, insignia-
 que victoriarum Castellæ Regum, quæ tolis, atque laqueatibus templi appensa essem-
 interque ea, inclita quoque Petri parentis monumenta inuenta, quæ memoriam reno-
 uarent illius præclarissimi Idubedensis prælii, quod Mariano in saltu, ad Conualles To-
 losæ dictas, felicissimè cum Mauris commissum est, indeque Petrus cum Aragonensi, &
 Catalano

Catalano exercitu , vt primo libro retulimus , insignem victoriæ laudem perquam gloriose consecutus . Ac neque dubitandum præterea , fuisse Iacobum , sacrum idem templum supra modum admiratum ; ac veneratura etiam amplissimum illius , Antistitis , Dignitatum , vt dicunt , & Canonicorum collegium ; aliosque perplures publicos Dei ministros , qui veram Christi fidem & religionē , nullis vñquam contaminatam erroribus , ab ipsis propè Apostolorum temporibus hucusque conseruerunt . Cùm neque Arriana perfidia , quæ in Hispaniam cum Gothis irrepit ; neque communis illa , & vniuersalis , Roderico Rege , à Mauritanis illata clades , & religionis perturbatio impediuerint , quomodo sacra Toletana sedes constiterit , atq; Musarabico saltem Gotthorum ritu , sacra perpetuò fecerit ; quin & aliis etiam oppressis Hispaniæ Ecclesiis , non modò exemplo , & doctrina , oraculi vice : sed facultate & opibus , solatio etiam atq; subsidio fuerit . Adde quod diuina largiente manu , tam ingens , propeque incredibilis eisdem facta fuit Decumarum aliorumque censum accessio , & incrementum ; vt cunctas totius orbis Ecclesiias , vna ipsa superet , Archiepiscopo scilicet , Dignitatibus , Canonicis , aliisque sacerdotibus , & sacerorum ministris , hoc vnu in templum oratum & ad sacra facienda conuenientibus , ad sexcentorū milliū hummūm aureorū summam quotannis interse , pro cuiusque munera ratione , diuidentibus . Ex quo in eum dignitatis , atq; amplitudinis gradū petuerit , adeoque splendore simul , & religione præstare solita fuit , vt iure quidē non Hispaniensium modo Ecclesiarum principatum obtinere , sed reliquarū totius Christianæ ditionis , nulli præterquam Romanæ , haberi debeat secunda . Die igitur præstituta , primū solenne sacrū summa cum religione & ceremonia celebratum est , atque ab viroque Rege , Regina , Ferdinandō Principe , torque Castella proceribus , illustratū & cohonestatū amplissimè . In quo populus præsentia , & studio Iacobi inductus , haud dubium , quin ludos etiā apparatissimos , magnifice ntissimosque ac tantiis dignos spectaculis fecerit . Quo ipso tempore , vt in Iacobi triumphum omnia cessisse viderentur , nouorū hominum species , & formæ Toletum inuestæ sunt . Ab ipsis enim usque Scyricis , vt refert historia , Legati Tartarorum Imperatoris Barcinonem appulerant , vna cū Ioanne Alarico nobili Perpianensi , quē Rex superioribus diebus , Perpiniano , quo venerat alius Tartarorū legatus , miserat ad illorū Imperatorē , vt perciperet illius mentē deq; iis , quæ per legatū promittabantur , certior fieret . Itaq; reuersus ille cū duobus illius Imperii Principibus viris legatis , 30 Barcinone relictis , Toletum cū nōnullis eorū famulis , Tartarico more indutis , ingressus est , magna totius populi ad eos videndos facta concursatione , vt mediterranei solēt , noua quæq; præsertim transmarina , vehementer admirari . Itaq; Alaricus à Rege lātissimè exceptus , præsentib . Alfonso Rege , & Regina , & Ferdinādo Principe , ac etiā Archiepiscopo , multisq; proceribus , sic legationē suam renunciauit . Posteaquam Perpiniano , me , Rex , legatione ad Tartarorum Principem , magnum Cham , adire iussisti , nihil tam mihi curæ fuit , quam vt sedulò , superatis tot , tantisque longissimi itineris laboribus , & viæ difficultatibus , quæ mihi in mādatis data fuere recte obirem : factumq; est , diuino duce nomine , vt & legationis meæ finem feliciter consecutus fuerim , & magnum quoq; tibi honorem ex illa , vt nunc audies , attulerim . Perueni namq; ad ipsos prope Hyperboreos Scytarum fines , quos nunc Tartarorum appellant , vbi tuo auditio nomine , Cuillanus illorum Princeps , cum suis , deposita innata barbarie , humanissimè me exceperunt , atque vt primum de animo , & voluntate tua erga se factus est certior ; teque sacram expeditionem Hierosolymitanam libenter suscepturn , modò quæ per legatos tibi promissa sunt , ac ipse tuo nomine , illò sancienda veneram , præstitissent , nimio pere lātati fuerunt ; atque triginta diebus manerem ibi , rogarunt , quoad de omnibus certior iam fierem . Quo toto tempore per interpretem nihil tam curarunt , quam vt Imperatoris , siue exercitus potentiam , opes , propeque infinitatē mihi ostentarent , ac vt re vera esse competerem , quæcunque legati de Imperatore suo prædicarunt . Inueni sanè posse illum ducenta millia peditum , equitum verò , ad centum millia in cāmpum proferre : esseque gentem pugnacissimam ; sed multitudine potius , quam pugnandi arte præstantem . Frigoris quidem patientissimam , vt poë Borealis assuetam rigoribus ; sed tanquam bello semper intentam , non tam domi intra muros , quam foris in tentoriis subdio agentē . Præterea Christianam illos profiteri religionem , sed eam tot inuolutam erroribus , vixq; ullis culta præceptis , adeò vt prope faciant ridiculā . Causam autē tam efflagitate ab eis expeditionis ad Hierosolymitanam terram recuperandam , non tam pietatem aut religionem esse , quam liuorē & æmulationem Turcarum gentis , quæ Hierosolymas cum tota Palestina occuparat : ac non modo Tartarorum , sed Armeniorum , atque Græcorum magnos contra ipsam missos exercitus , tenuioribus validissimè profligarat . Propterea quod ea

non multitudine, sed strenua bellandi arte cæteris gentibus, quæ sunt ad orientem præstet. Verum cur à te potius, quam ab aliis Christianis Europæ Principibus, Tartarus auxilium nunc perat, faciunt infelices illorum conatus, atque inanes hactenus suscepit Hierosolymitanæ expeditiones, vt qui neque sese Tartaris adiungere, neque ab eis consilium, auxiliumuè capere in aggrediendis Turcis voluerint. Proinde audita fama, & magno rerum à te gestarum nomine, & quòd copiis, & exercitatissimo ad bellandū præstas milite, præliandique arte superas, atque studio tandem & affectu magno in hanc eum intendis: iccirco te ad eam prosequendam, adhortatur, promittitque se, & milite & armamentis, & frumentaria re, & commeatu, te, quandiu bellum in Turcas fuerit, adiuturum. Ac non modo Tartaros Armeniosque; sed Græcos, horumque Imperatorem Paleologum, similia præstituros, modò huius communis, & sacri belli Dux fias, atque auctor, ut etiam ex Græcis intellexi. Finita Alarici oratione, Rex illico collaudato illo, atque pro tantis legationis suæ, qua fuerat egregiè functus, laboribus, se illi, cum primū in Aragoniam veniret, largè bene facturum promisit: deinde ostendit, velle se, Deo fauente, id bellum suscipere. Quod vt primum Alfonsus & Regina audiere, commoti valde, precibus, multisque rationibus, ipsum conati sunt ab instituto deducere, in primis tot eius annos, affectamque ætatem, atque tam longam & periculosa nauigationem obiicientes, quin & Turcarum potentiam, atque immanitatem: nec non Græcam gentem esse infidam & fallacem; neque Tartarorum, tanquam barbarorum hominum promissa magni ducenda. Demum sufficere exempla tot Christianorum Principum, quibus, suo ferè tempore, tam male cesserit eiusmodi suscepitum bellum. Cumque Rex ad ea omnia rationibus quoque satisfaceret, neque se ab incepto deterreri sineret: tum Alfonsus diuina quasi religione tactus, se totum ad approbadum Regis cœptum conuertit; promisitque in eius auxilium centum missurum equites, ac morabatinorum aurorum centum millia erogaturum. Magnus etiam Magister equitum Vclensis, cum aliis centū equitibus se Regem sequiturum obtulit: Identidem à promagistro Hospitalis Hispaniæ Gonzalo Pereira Lusitano, aliisque permultis Castellæ proceribus, pro cuiusque facultate promissum fuit. Celebrato igitur natali Christi die, Rex saluie multa Archiepiscopodiæ, atque Reginæ & nepotibus fausta, feliciaque omnia precatus: quin & proceribus, atque senatu populoque. Toletano relatis gratiis, Toleto profectus est, Alfonsus comitante, atque in ipso itinere, multa à rege ad bene administrandum Regnum, & continendos in officio populos documenta accipiente. Itaque dum in via essent, Alfonsus tributum bessant: um sexaginta miliū, tunc à Rege Granatae sibi missum, in partem morabatinorum Iacobus tradidit, reliquam breui in Aragoniam missurus. Vbi autem ad confinia Regnum est deuenit, Alfonsus Toletum, Iacobus Valentiam perrexit. Quo tempore legati Tartari qui Barcinone remanserant, cum alio Legato, tunc à Paleologo Imperatore Græcorum ad Regem misso, Ioanne Alarico Duce, urbem intrarunt. A quibus per Alaricum similis superiori legatio, præsenti populo, renunciata, in summa fuit: Magnum Cham optare, vt Hierosolyma terra sancta è Turcarum manibus eriperetur, atque ob honorem Christi, Christianis restitueretur: seque ad id præstiturum omnia; ac non modo in Turcas per se commoturum bellum, sed Regiam classem frumento, & omnii commeatu adiuturum: modò Rex cum classe portum Aialazi, aut alium quemvis minoris Asiae ad ortum teneret, & cursum Hierosolymam dirigeret. Legati verò Paleologi, milites nullos; commeatum, & rem frumentariam ipsum mari abundè missurum Regio exercitui, promiserunt. Quibus auditis, Rex suscepitam belli expeditionem promulgari fecit, ac deinde se totum in eam dedit; permultosque exemplo suo, ad se insequendum pellexit. Itaque Valentia imperata pecunia ad eius sumptus belli: ne milite eam expoliaret, Barcinonem profectus fuit, vt instruendæ classi operam daret: Interea litteras à Iolante filia accepit, quibus orabat, vt ante quam expeditionem susciperet, se inuiseret, apud cœnobium Hortam ipsum expectaturam. Ei vt morem Rex gereret, ac etiam vt Aragoniæ res præteriens componeret, eo perrexit: iamque ingressus Cæsarauistam Petrum Principem, toti Regno, se absente, præfecit; cumque donauit omni iure, quod ad Regnum Nauarræ habebat, à Theobaldo Rege & parente eius Margarita Regina, quo uteretur contra eundem Theobaldum, & tam multos Nauarræ proceres, qui pacti simul, & stipulati fuerant, ac se ad ea tenenda iuramento similiter obstrinxerant. Cæterum Aragonensibus nulla denuo ad expeditionē Hierosolymitanam fuit imperata pecunia, quoniā paulò ante, cum primū illa promulgata fuit; sponte ipsi & Ilerdenses, aliisque populi, in quibus erat vsus monetæ Iaccensis, Regi permiserant, vt posset quin decim millia argentearum librarum ad eius monetæ usum cudere, numūm aurorum

prope

prope quindecim millia constituentia. Ut inde planè quiuis possit facilè Regias illius temporis opes æstimare: ac colligere non tam earum multitudine, quā militum viribus, & parsimonia, consueuisse victorias reportati. Itaque Cæsaraugusta Rex venit Hortam, ubi Regina filia cum Petro & Iacobo, quos Rex adduxerat, item Sanctio Archiepiscopo, filiis cum nepotibus Regis conuenere: qui omnes, quasi conspiratione facta, Regem circumcidentes, nepotes collum amplexantes, cæteri verò sese illius pedibus prouoluentes, magnis cum lamentis & lachrymis ipsum deprecabantur; vt à tam longinquā, periculissima, maximeque dubia profectione desisteret, neq; se omni ope, & auxilio destitutos relinqueret; vt cuius faciem non amplius visuri essent. Ad quos Rex, postquam 10 vniuersos amantissimè cōplexus est; Frustra inquit, lachrymis & ciulatu vestro, me, vosq; ipsos affligitis, atque ab expeditione hac sancta auocare tentatis: quāndoquidē que cœlesti ac communi parenti Deo debentur munia, longe præferenda sunt iis, quæ vobis, tametsi filiis charissimis, quavis humana ratione debentur. Præstigi enīm hactenus quæ potui pro vobis, vt quibus longè maiora, quam quæ accepi à parentibus, bona relinquo; ac virtutis, & rerum gestarum gloria, quæ optima, atque omni patrimonio præstantior est hæreditas, vniuersos vos omnes cohonestauit. Nunc alio me vocat idem cœlestis pater, qui non alia, quam sua bella me gerer vult. Quæ enim magis illius sunt, quam quæ suscipiuntur ad Iesu Christi filii sui amantissimi sepulchrum, eiusque vestigiis impresum, & peragratam terram sanctam, recuperandam? vt pote quæ ab impiis eius sacri nominis 20 hostibus occupata, tanquam è canum, atque porcorum fauibus eripienda sit; ac Christo & suis restituenda? Deberi enim me huic expeditioni multis de causis animaduertō. In primis, ob animi mei desiderium, & quasi votum, ab ipso prope Regni exordio factum. Deinde, ob inchoatam toties ab omnibus ferè Christianis Regibus, præter Hispanos, nunquam tamen perfectam expeditionem, si forte mihi primò detur, vt viam aperiāt. Postremò, ob occasionē commodiorem nunc, quam vñquā, oblatam; duobus scilicet summis Imperatoribus ad eam non modò cohortantibus, sed terra, matre, copiis, commeatu, & armis tam abunde iuuantibus. Quibus in re tam valde pia & honesta, non morem gerere, non solum Hispano certè nomini ignominiosum; sed impium profecto esset, & perquam detestabile. Quo ergo magis nostra ingrauescens ætas tempus mortis 30 nobis affert maturius, eo quoque suadet magis, vt quod reliquum est vitæ, pro Christo profundamus. Prōinde quod ille non recusavit pro me, pro ipso mori non recusabo. Quæcum dixisset, augescentibus lamentis, ciulatu, & lachrymis filiorum, paternæ quoque eruperunt: neque amplius loqui valens, salute dicta omnibus, tenerosque suauitatus nepotes; ab eis diuulsus est, & Barcinonem reuersus.

BERNARDINI GOMESII

MIEDIS, ARCHIDIACONI SAGVNTINI, DE

VITA ET REBUS GESTIS IACOBI PRIMI REGIS

Aragonum, cognomento expugnatoris.

Liber XVIII.

NGRÈSSVS itaque Rex Barcinonē, præclarissimam Hispaniæ urbem, quæ olim Fauentia dicta fuit, atq; ad ortum in plano explicata, ad semicirculi formā mari adiacet; continuò classem, quā extrui fecerat, lustrauit; eaq; & frumentaria re, & omni commeatu, atque armamentis munita inuenia, cùm præfecti diligentia commendavit; tum opes, atq; facultates ciuitatis ad ædificandas & exornandas classes vehemēter admiratus fuit: nec iniuria quidē: cùm in naualibus, maritimoq; apparatu belli, nulla totius Hispaniæ vrbs cum ea tū esset cōparanda: nullæ ad nouas tanquam condendas vrbes, magis quam ipsa, Romanæ ciuitati assimilanda. Quot enim illa classes ædificauit; easq; tum commeatu, milite, & armamētis; tum nauiculario & remige, aliisque tot, tantisque necessariis rebus compleuit: tot profecto, quasi vrbes extruxisse, ac veluti colonias deduxisse; in eoque potentia, & magnas suas opes ostentasse, videri debet. Iis, aliisque de causis, non immerito totius Cataloniae Principatus caput est constituta; vt potè cū nauali non modò re, terreq; situ, & descriptione ædificiorum, mænororumq; amplitudine & armamentis, aliis præstet vrbibus, (vt in nostris Com-

mentariis de Sale fusius de ea diximus) sed maximè omniū, frugalitate, & concordia ciui-
um, ac potissimum charitate patriæ, pro qua se, suaque omnia, oblata occasione, sic libe-
ralissimè deuouere solent; vt exēplo sint omnibus. In eā igitur Antistitibus, ac nonnullis
vtriusq; Regni proceribus, ad certā diē conuocatis, dū copias ex Aragonia & Catalonia
conscriptas Rex expectat; longam nauē, vñā cū actuaria descendens, cū paucis secun-
dissimè in Baleariū maiorem natigauit. Iamq; portum & vrbe tenens, mirè delectatus
fuit illius ornatu & amplificatione, præsertim arcis, maximiq; assurgentis templi, & por-
tus munitione. Illud etiam multo magis admiratus est, nunquam Tunetanum, aliosque
Africæ Reges, ex tam multis sāpē ab eis in Hispaniam expeditionibus susceptis, neque
totius Insulæ, neque maioris vrbis expugnationem tentasse: vt inde appareat, quanta
fuerit huius pii, ac sapientis, egregieque fortis Imperatoris existimatio, quantuque
ab eo Afris iniectus timor: vt qui non armis quidem, sed sola opinione & fama bel-
li, suos omnino fines, & Imperium à quorumuis hostium incursionibus tueri po-
tuerit. Itaque lustrata vrbe, cum aliqua parte Insulæ, atque imperata pecunia; quinqua-
ginta millia victoriatorum argenti accepit, pro eisque perinde ac si aut ei essent, senatu, 10
populoque gratias egit; eorumque tam fidelitatem erga se, quam accuratam Regni cu-
stodiam & defensionem mirè laudauit. Cui etiam Minoris insulæ præfectus, & magi-
stratus Citadelæ, cum mille bobus occurrere: quostribus nauibus imponens, cum eo
commeatu Barcinonem remeauit. Itaque classe triginta magnarum nauium, cū nonnullis
triremibus, ac plerisque actuariis, comparata, octingentos in eis cataphractos im-
posuit; atque cum Almugauare, & vniuerso peditatu, exercitum ad viginti millia homi-
num peruenisse, fama fuit. Proceres verò, atque insignes equites, fuere trecenti. Vnde
sacris de more factis, atque Rege, & proceribus, quorum priuata nulla fit mentio,
sanctissimum Christi corpus sumentibus, naues concenderunt. simulque Barcino-
nensi Antistite, cū Sacrista Ilerdensi, qui posteā Oscensi præfuit Ecclesiæ, aliisque mul-
tis sacerdotibus ad sacra ministranda, concendentibus. Iamque ineunte autumno, Rex
præstituta die, summo mane vela ventis dari iussérat, sed quadraginta passuum millibus
confectis, cùm aduersa sceret, fieretque reflante Subsolano, ne vniuersæ sequerentur
naues; consilio Raimundi Marquetii summi nauarchi, reuersus est Barcinoniem, vt clas-
sem colligeret, ac præ se ageret; quæ aduersante vento, dextrorum in proximum Cigen-
se littus depulsa fuerat: vna tantū triremi in Barcinoensi reperta; cum qua, sequentibus
aliis, postera die nauigans, triduo in Balearium minorē peruenit. Sed dum portum se pu-
tat tenere, tam subita exorta ventorum vis fuit, atque immoderata tempestas, Africo leso
cum Boreali conuolente, vt in altum regressis, Regi, ac classi horribile naufragii peri-
culum impenderit: quatuor totos dies, noctesque, non modo concertantibus inter se
ventis; sed neque Sole, Luna, neque stellis, perpetua quasi circumfusa nocte, usquam ap-
parentibus. Vnde Regem, qui cooriente tempestate, ipsius Marchetii nauem è tri-
remi concenderat, & qui in ea erant, atque aliarum etiam iactatarum nauium gu-
bernatores, Duceisque militares, quibus ad eum dabatur accedere, omnes multis,
supplicibusque verbis orabant, ne contra tantam, tamque turbulentam tempestatem 40
niteretur. Fieri enim eandem indies turbulentiorem, ac non ventos, sed diuos nau-
gantibus iratos apparere: neque insuper posse plerasque naues, temone iam, atque gu-
bernaculo amissio, confractisque malis, ac rescissis velis ultra progredi, maximè verò
equis nau Regia vectis quindecim; ex aliis verò nauibus plus centum, iam in mare de-
iectis. Cum igitur, persistente Rege, iamiam naufragium fieret, Barcinoensis Antistes,
aliique Theologi, pii, ac literati virti, qui eadem nauie vehebantur, Regem in puppim
contenerunt; vbi Barcinoensis, non exprobrandi causa, sed commonendigratia,
sic est eum allocutus; Enimvero Rex, neque Christianæ virtutis, neque heroicæ con-
stantiæ, sed inhumanæ potius crudelitatis videtur esse; tottantisque impendentibus
naufragii periculis, tam pertinacem te redi in nauigando, vt non modo totitis quasi 50
Reipub. classis, sed neque nostri, neque tui demum miserearis: ac neque mari, vbi
summum rei gerendæ Imperium nauarcho datum est, tui ullum ei permittas: neque
demum quā sit dispar terra aut mari gubernandi ratio, quamque diuersus pugnandi
vñus, considerare velis. Non enim armatorum in nos exercitus; non homo in hominem:
sed imbres, nimbi, turbines, procellæ, & fulmina, atque omnes in vnum tempestates co-
actæ sunt, quæ in nos irruunt: quibus nō ferro, aut armis; sed solius fuga tempestatis licet
quā honestissimè occurtere. Quid enim maioris sāpē artis in nauigando est, si portum
tenere nequeas, quā tempestati obsequi? Quid prouidentioris naturæ, quā reflanti-
bus omnino ventis, quibus imperare non possis, cum obtemperare; tum quā impel-
lant, ma-

Iant, maximè verò si in patriam, remigare? Neque profecto est, quod deinceps, aut expeditione intermissa sollicitus, atque suspensus animo: diuina illa potius, quam tua est; neque à te, nisi pro Christi nomine, eiusque propaganda fide suscepta. Sed cum tot eam horribilibus cœli, marisque tempestibus, quæ haudquam sine supremo numine excitantur, tantopere impediri videoas, fortassis, aut grata ea Christo non est, aut in aliud quidem tempus, tibi commodius, reseruatur suscipienda. Proinde non quæ euentura, sed quæ in præsentia sunt, cura: ac ne tot clarissimorum Ducum, interitus, miserrimique naufragii, solus culpam sustineas: teque in primis, ac nos cum vniuersa classe serues incolimes, primum, quem diuina sors portum dederit, nauarchos tenere iube, ut terra potius, quam mari, libero, ac tranquillo animo, quæ agenda fuerint, delibetes. Hæc Barcinonensis admonente, cæterisque illud idem cum lachrymis deprecantibus, mirandum accidit. Nam ut primum flecti, sedarique Regis animus, sedari quoque tempestas cœpit; atq; sub ipso meridianio tempore, dentissimis dissipatis tenebris, Sol illuc escere: simulque cœlum & terra repentina aperiri visa sunt; ac etiam Regiu navis cum nonnullis actuaris, diuino munere, in Galliam Narbonensem, ad Aquas mortuas appulit. Quanquam terræ vento restante, in Agathensem paulò citra sinum coacta fuit remigare, ubi sequenti die portum est consecuta: ipseque Rex terram tenens, templum beatissimæ Virginis, Vallis viridis nuncupatum, adiit, eique summas egit gratias, cuius ope è tanto fuerit naufragio crepus. Deinde oculos in mare conuertens, tamersi pacatum conspexit: videns tamen ex vniuersa classe, vix dimidiā secum appulisse; eamque tam aduersa agitata, atque conflictatam tempestate, ut ægrè vna esset navis, quæ non, aut discissis velis, aut antennis fractis, aut malo & temone pessundatis, labefactaretur: quæque ad alleuanda onera, non solum equos, sed machinas & armamenta bellica, in profundum iecisset; neque de altera parte classis, præterquam, aut naufragium, aut vagam dispersionem suspicaretur; tempori cedere; necessitatique parere decreuit: ac neque renauigandum; sed in aliud tempus, refecta classe, expeditionem renouandam censuit. Ad eum autem protinus confluxere Episcopus Magalonensis, & filius Raimundi Gaucelini Reguli, qui laute, abundeque Regi, suisque commeatu & necessaria suggesti sunt. Inde verò Mompellerium concessit, ubi paucos moratus dies, atq; ex tempestate recreatus, quoad naues & armamenta reficerentur in Catalonia abiit. At verò pars classis, quæ cutsum tenere potuit, ac naues Fernadi maris præfecti, & Ferdinandi Sancti filii Regis, & Simonis Vrreæ secuta est, sese à tempestate eripuit. Hi namque ad oram Africæ interq; eam, & Sardiniam, Siciliamq; tum Cretam, & Cyprū legentes, nauigarunt: atq; ad Acrē Palestinæ oppidum maritimum peruenientes, maxima cum alacritate excepti fuere à magno Hospitalis Magistro, aliisque Christianis ab Hierosolymis eo statim concurrentibus; quam usque extrema ipsi patrarentur in medio Turcarum positi, atq; omni auxilio destituti. Vrum quoniam oppidum immunitum erat, ac proximum alteri munitissimo, quod paulò ante à Turcis fuerat captum; neque cum tam exigua parte classis manere ibi tutum erat, vnde que tot iam hostibus ad portum conuolantibus; ideò remigare, atque in itinere Regem quætere decreuerunt. Itaque frumenti, & commeatus partem, magno magistro, & aliis Christianis diuidentes, confirmatis eorum animis, ut potè quos aduentus Regis breui esset subleuaturus, è portu soluerunt, nullis vsquam, neque Palæologi, neque Tattarorū Principis, auxiliis comparentibus. Atque ita Cyprum, & Rhodum, tum Cretam, qua venerant, & Corcyram prætereūtes, in Siciliam appulsi, Panormitanum portum tenuerūt: ubi Carolus Rex, qui Manfredum interemerat, intelligens Sanctum Leobi Regi filium eō venisse, honorifice excepit ipsum, atque diebus aliquot splendidissimè tractauit. Ex quo Sanctius ita fuit Caroli erga se humanitate affectus; ut petierit, militaris auctoramenti dignitate ab illo decorari. quod fecit Carolus libentissime: & quanto potuit apparatu ac splendore auctoramenti diem celebrauit. At hæc tanta amoris, atque subito conflata amicitia pignora mutuò data, Petro Principi, Siciliæ Regnum afferanti, magnarum cum Sanctio discordiarum, ac simultatum, occasione postea, ut dicemus, fuerunt. Cæterum Rege Mompellerio in Catalonia, indeque Carthaginiensem aduentante, Legati Alfonsi Castellæ ad eum venerunt, orantis, ut ad nuptias Ferdinandi filii, eius quoque nepotis, quas in vrbe Burgensi facturus erat cum Blanca filia Ludouici Francorū Regis, venire dignaretur. Siquidem conuenturi ad eas erant Philippus Blancæ frater germanus, qui eam deducebat, vna cum permultis Antistitibus, & proceribus Galliæ: nec non Eduardus Angliæ Princeps, qui Leonoram sororem Alfonsi duxerat vxorem: quin & Marchio Monferratii Italus, ac etiam Legati ab electoribus Imperii tunc missi ad Alfonsum, ut renunciarent fuisse eum Regem Romanorum electum. Quæ audiens

Iacobus mire latatus est, ac se protinus viæ dedit: venitque Turiasonem, deinde Agredam, ibique ab Alfonso expectatus, Burgim deductus est; vbi nuptiæ celeberrimæ, plenæque splendoris, & magnificentiæ, cum summo omnium gaudio & alacritate coniunctæ fuerunt: tanta cum pompa, & rerum affluentia, vt nusquam visæ fuerint splendidiores, & honorificentiores: cùm præter iam dictos, conuenerint etiam Alfonsus Molinæ dominus, Alfonsi Regis auunculus, vna cum Federico, Manuele, & Philippo, qui Christinam Noruegiæ duxerat vxorē, Regis Alfonsi fratribus: tum etiam Iacobus Rex cum Petro Principe, eiusque fratribus, Ferdinandó, Sanctio, item Iacobo, & Petro, ex Vidauria (hos vix alio in loco cum patre conuenisse ante legimus) ac demum Sanctio Archiepiscopo Toletano Iacobi Regis filii, quin & cum omnibus ferè Antistitibus, & proceribus Castellæ. Vbi Eduardus Anglia Princeps militaris auctoramenti dignitatem ab Alfonso accepit, huiusque filius Ferdinandus: ab eodem verò Principe, Ferdinandi fratres, cum Lupo Diazio Phaten si Vizcaia domino. Hæc nuptiæ magna parte anni, militibus ludis, spectaculis, scœnis, atque iocis fuerunt celebratae. Fuit enim Alfonsus, ibi non modo in suos, sed etiam in exterios largus & munificus, atq; cum summa mutuaque gratia, omnes domum remisit. Verùm interim dū nuptiæ fierent, nonnulli ex Principibus Castellæ proceribus, apud Iacobum secretò de Alfonso conquesti sunt: quod is se in gerenda Repub. & administrando Regno, iniquum præberet, atq; cum procerib. tam immoderate, fastidiose, ageret, vt eos non modo à se totos abalienasset, sed in irâ, & quandam quasi conspirationem, præ odio, prouocasset. De qua re multa speciatim retulerunt, quæ Iacobo satis digna visa sunt, non admonitione solum, sed prompta emendatione. Errat enim Alfonsus omniū superiorum Regum, variis scientiis, Astronomiæ potissimum, vt diximus, deditissimus, vt cuius summa cura & obseruatione factum sit, vt tabulæ ab eo Alfonsinæ, ad maximū Astronomorum profectum, & artis usum ederentur. Verū enim quo magis se ille, Solis, Lunæque & septem Signorum cursibus indagandis impluerat; quouè mentem & oculos in illis intentius defixerat, eo quidem minus terrestria, & quæ ante oculos erant, cernebat; minusque de regenda Repub. à qua semper abalienato erat animo, cogitabat, indeque inconstans, difficilis, atque impatiens evaserat. Nec mirum: quoniam animus nimium auocatus ad sublimium contemplationem, necesse est, vt in feriora despiciat, atque ad negotia difficulter, & quasi hospes a peccato regrinus accedat: neque dignoscet quibuscum agat, neque rationem cuiusquam habeat: sed cum negotia oderit suo quasi contraria otio; sic à negotiatoribus abhorreat, vt ab ipso quoq; omnes abhorreant. Fitque subinde, vt non minus in Rege tyrannis, quam in subditis conspiratio latenter succrescant. Hæc omnia animaduertens Iacobus, neque contemnenda esse, quæ de Alfonso deferebantur, intelligens, proceres meliora sperare iubens, Burgis profectus, Turiasonem usque comitem habuit Alfonsum. Vnde occasione itineris, pro amore, quo illum prosequebatur, tanto affinitatis vinculo coniunctū, dolens ex animo ob eiusmodi iacturam Principum, quam faciunt negotia publica subterfugentes; de multis, quæ ad opūmam Regnorum gubernationem necessaria sibi vivi debantur, Alfonsum admonuit: ac cùm in eo quatuor potissimum vitia notarentur; patria ei consilia & admonitiones, tanquam consentanea morbis remedia adhibuit. Primū, ne à populis mutuò dissideret odio. Nam odisse eos, à quibus amari oportet, prouocare in se est; cùm nulla re magis in officio, & amore contineri populi soleant, quam Regum humanitate, benignitate, & continentia. Nihil enim est negotii continere eos, quibus præsis, si te ipse contineas. Alterum, ex triplici, procerum, populariū, & Ecclesiasticorum ordine, si minus, quod est maximè oportandum, cum vniuersis, saltem cum Antistitibus & sacerdotibus conueniret; quibus & res suas cohonestaret; & per eos facilius populares ad se alliceret; perque hos procerum, atq; magnatum insolentiam comprimeret, arrogantiæ compesceret. Tertiū, procerum, atque equitum insolentium ordines, esse quidem, aut increpandos, aut castigandos; nulla re tamen dedecorandos: quoniam & ornamenta Reipub. sunt, & lacerti belli, & firmamenta pacis, per quos timor semper est hostibus iniectus. Postremum, ne quemquam clam, ac neque indicta causa puniret. Id enim non modò præcipitem, atque temerarium arguit Principem; sed legibus & magistratibus fidem, atque honorē detrahit. Quæ quidem consilia libenter, atque a quo animo excipere visus est, Alfonsus, eaque diligenter se obseruaturum promisit: attamen vt catapotia facile sumpta, ab inueterato malis ventriculo minimè retenta euomuntur; sic Alfonsus præceptorum oblitus, peiora postea commisit, & in causa fuit, vt Enricus, aliquique fratres, adiunctis proceribus, sensim ab eo desicerent, peneque, dum viueret, Regno priuaretur. Itaq; Iacobus dimisso Alfonso, Aragoniam ingressus est. Cum autem proce-

procedente tempore Iacobi monita parum valuerunt apud Alfonsum, isque pro libidine cuncta gereret; Philippus eius frater, vna cum Nunnio Gonfalo Laræ domino, ac plerique proceres, nonnullis etiam ciuitatum legatis adhærentibus, Lerma in oppido coierunt, atque communi consensu, honestis obiectis causis, ab Alfonso se defectu-
ros iurarunt: si minus ab illis scitis exequendis abstineret, quæ neque in sui honorem, neque in utilitatem populorum; sed in manifestum ordinum, & procerum contem-
ptum, edi curauerat. Et quanquam Philippo magna intercesserat cum Rege Granatæ necessitudo, ad quem ab Alfonso deficeret: tamen quia Nauarræ Rex magnas cum Al-
fonso inimicitias gerebat, consilio procerum, qui se Philippo nunquam defuturos obtu-
lerunt, ad eum abiit. Hoc tempore auditum est, permultas Mauritaniorum copias in Bæ-
ticam transfretasse, appulisseque Algeziram illius prouinciam, atque munitissimam Beierii oppidi atcem oppugnare. Vnde Alfonsus consilii inops, ac perturbatus, hinc Mauritaniis ingruentibus, illinc Philippo & proceribus defectionem tentantibus, in Ia-
cobo socero perfugium ac spem omnem collocavit; ideoque, vt si quo pacto illos sedare posset, ac bellum Granatensis Mauritaniorum receptatoribus inferre, consili capien-
di causa, venire vna cum Regina ad Iacobum statuit Valentię agentem; qui tum, vt in su-
is Commentariis refert, subortas controuersias inter pernabilem Guillermum Scribanū magnum Regnorum Protonotarium; & generalem Regis quæstorem, Bailiuum vulgo nominatum, de iure utriusque officii, seu dignitatis publicæ, vt creditur, agentes; lata pro
Guillermo contra Quæstorē sententia, composuit. Alfonso igitur obuiam Rex Burjoliū usque iuit; quem vna cum Regina & nepotibus Ixtissimè excipiens Valentiam deduxit, in quam magna cum alacritate & pompa à senatu populoque Valentino excepti fuere: atque lustrata urbe, & indicto iustitio, quot se ibi diebus continuere, Reginæ gratia, ludis atque spectaculis plena omnia fuere. Sed urgentibus Mauritaniis, oportuit Alfonsum breui in Castellam redire; quem Iacobus comitatus est versus Murcienses, Vilienam usque: inde reuersus Setabim, eo in itinere duo parua oppidula condi iussit, alterum Montabernarium in Albaidensi conualle, alterum Orimbloinum prope Dianum, eaque suo agro, & limitibus circumscriptis. Atque dum esset Fontiniani, quod est nunc oppidum florentissimum Biario propinquum, nuncio Cæsaraugusta missò intellexit, Artalum Lu-
nam pernabilem Aragonensem, controuersiis ortis inter ipsum, & Zuerenses Cæsaraugustæ propinquos, prælium cum eis cōmisissse, & viginti septem ex illis in eo concidisse. Ad quos statim Rex iter ingressus est: cumque prope Turolium venisset, Iacobus filius obuiam ei exiit, petiitque ab eo liceret sibi in Aquitaniam proficisci, vt de matrimonio antea proposito cum Principe Niuernensi agere posset. Permisit Rex, atque pecuni-
am & familiam, quibuscum honestè, ac decenter iret, concessit. Inde Cæsaraugustam ingressus, Artalum citari iussit. Interim litteras ab Alfonso accepit, denuò in colloqui-
um venire studente, vt ea coram referret, quæ litteris tutò committi non poterant, es-
sentque utriusque communia. Vnde Rex illico venit Alicantum, ibique inuentus Alfon-
sus, in summa, confirmavit, aliquot Aragonenses proceres, vna cum iis, qui a se defece-
rāt, cum Mauris consensisse, vt bellū clam contra se ambos struāt: ideoq; quid in tanta rei nouitate facturi sint, exquirere. Præterea num bellum contra præfectos Malacitanæ, &
Guadicensis ciuitati moueret; q; ii quoque MauritanoS receperant; an potius simulata cū eis amicitia, cū Granatæ Rege, autore omniū, illud iniret. Cui consuluit Rex, ne quo-
quo modo induciarū iura, quæ cum Granatensi Rege pactus fuerat, violaret. Quod verò ad conspirationē attinebat, proceribus omnē conspirandi occasionē tolleret: ac docu-
mentorum, quæ olim in itinere dederat, recordaretur; proque certo sciret, penes se vnu esse ignē & gladium, sed interim sibi quisq; prospiceret, ac mutuo alter alteri subsidio es-
set. Posthæc abeunte Alfonso, miratus est eū Rex cū tanto scientiarum vnu, tanta labora-
re consili inopia, adeoque timidū, ac suspiciosum effectum, vt non suis modò, sed alienis
coiūspirationis suspicionē iniiceret: ideoque de illius rebus subtimere cœpit, venitque
Olcam, vbi conuentus indixit, vt propter causas ibi relatas, aduersus Artalum, tum ob
facinus ab eo contra Zuerenses perpetratum, tum quia citatus venire recusaret, bellum
mouerent, ad idque sibi adessent Regii stipendiarii equites. Hoc promulgato bello, pro-
tinus, non minus in Catalonia, quam in Aragonia seditiones ortæ fuere, actumultiari
cœptum, non tam Artali causa, quam Petri Principis, qui Fernandum Sanctum fratrem,
iam non occulto, aut simulato; sed aperto prosequebatur odio, post redditum è Palesti-
na, Siciliaque, & initam ab eo cum Carolo amicitiam: coque res progressa iam erat, vt sa-
pius illum occidere tentarit: potissimum cum Burrianæ vterque ageret. Ibi namque qui-
dam Pétrifamuli districtis gladiis tota domo discurrere, atque Sanctum querere ausi

sunt, illum confossuri haud dubiè , ni se Sanctius foras cum vxore subduxisset. Porrò, referente Asclotio, Petri odium creuit in Sanctium, non solùm quod amicitias inierit cù Carolo; sed quòd sibi ipse persuaserit, Sanctium ope & instinctu Caroli commoliri sibi necem, vt libere is Regno potiretur. Verùm Sanctius cognito Petri furore ; neque quietum vñquam nisi se, quoquomodo sublato, ad eos Cataloniæ Barones, seu Regulos recurrit, qui gubernante Petro, acerbè ab eo tractati fuissent, eoq; magis in eum māre affecti, quod Guillermum Odenam virum nobilissimum , atque ex perillustri stirpe ortum, in confluentem, acerbiore, quam par erat, pœna, demergi iussifet. Quin ope etiam & auxilio Simonis Vrreæ societi, vnius ex potentissimis Aragoniæ proceribus, qui olim Alfonsi Principis partes sequentes, suis fuere à Rege possessionibus orbatı, p̄t̄sl- 10 dium sibi contra Petrum impetravit; qui omnes mutuo lese iureurando obstringentes, Sanctii partes secuti fuerunt. Itaque Sanctius, vt primū se ab insequentium manibus eripuit, confugit ad Regem , eique denunciauit, quæcunque à Petro tentata fuerant, ipsum obsecrans, vt se ab iniuria, & imminentि interitu liberaret : suppliciaque de ficiariis sumeret: quibus demum adiecit, si te viuo patre, frater insurgit in fratrem, quid quæro, te mortuo faciet? quid non erepto à te Regno, quod, fortè machinatur, in vtrumque molietur? Debet igitur præceps, atque execrabilis fratriis itacundia in fratrem, te communi patre, reprimi; ni vtroque simul, atque vno die, orbari vis filio. Timendus est enim desperatus magis, quam fortis animus: facile quippe contemnam meam ipse vitam, modo illi suam eripiam. Quamobrem te supplex oro, vt & qua debes pater clementia, & qua 20 potes Rex iustitia , hæc tā impēdentia filiis, & Regno mala de medio tollas. Hæc Rex intelligens, ingemuit, tulitque nimium acerbè tam diram inter filios ortam discordiam; q planè procerum inter se dissidium, atque vtriusque Regni in partes diuisionem, portendebat: occurrentumque malo esse, quam citissimè duxit. Vnde Sagunto profectus in Aragoniam, conuentus in oppido Exea equitum indixit. In magnis enim Reipub. malis, tanquam morbis medendis, hæc vna erat à conuentibus, consilii capiendi causa, sumpta medicina. Petrum ergo Principem, & vniuersos Regni proceres eò conuenire præcepit. In quibus inter alia, edixit comiti Pallariensi , & reliquis Cataloniæ procéribus, ne quis comitē Foxensem, tū contra Regem Galliæ bellum gerentem, re , milite, aut armis iuaret: idq; non tā odio Comitis, quā vt motum, & strepitū armorū, eius occasione belli glis- 30 centē, è Catalonia tolleret. Adhæc Petru generalem Regni procurationē deponere iussit consilio multorum procerum, qui Regni tranquillitatem optabant. Præterea in causa Artali', & Zuerensium , à præfecto Iustitiæ Aragonum sic est pronunciatum. Vt in compensationem damnorum ab Artalo infictorum, priuaretur omnibus bonis, eorumque possessio, iure dominatus, Zuerensibus traderetur. Verùm antequam conuentus dimitterentur, Artalus, interuentu Petri Cornelii socii sui, & amicorum, Exam veniens, Regem orauit supplex, vt sibi ignosceretur, aut saltem sententiæ seueritas benignitate Regia leniretur. Cuius oratione permotus Rex , consilio procerum, atque Baronum vtriusque Regni, nec non litteratorum hominum iudicio, commutata sententia, Artalū sic condemnauit: vt is xx. millia solidū moneta Iaccensis, pro impensis solueret; arque 40 ad quinquennium ab omnibus Regnis & dominatione Regia relegaretur: criminis verò consortes, Lopus Diazius Sentia, Simon Alanus, Didacus Gurrea, & Petrus Ortizius, ad decennium. Dimissis conuentibus, Rex Valentiam venire statuit; ingressusque iter venit Turolium, vbi simili, quo antea hospitio à ciuib⁹ magnificè exceptus fuit: tenuitque memoria amplissimum illud , ac commemorandum , sibi ad Murciense bellum proficiscenti oblatum munus: proque eo, atque ipsorum satis eomperta fidelitate, se perpetuam eis gratiam habiturum, expressit. Itaque perueniens Valentiam, ad certam diem Conuentus Algeziræ indici ius sit, Petro interim iniquo semper animo in fratre affecto, ac toties exhortanti, atque precanti Regi, vt illi reconciliaretur , morem gerere recu- sante. Vnde Rex prætentibus Valentino Episcopo, Iacobo Sarroca Ilerde Sacrista, 50 ac etiam Petro Granatensi religiosissimo Franciscano , quin & Thomasio Junquera Jurisconsultissimo, denuò Petrum exhortatus est , vt quas gerebat cum fratre inimicitias deponeret , nī paternas vellet subire; alioqui, iam se , non vt patrem blandè; sed vt Regem, & iudicem, seuerè in illum animaduersurum. Verùm Petrus nihilominus factus iracundior , neque ad ea respondēs, è confessu abiit, eaque nocte clam, tribus soliū comitatus equitibus, Valentia exiit, fraternalis omnino iniurias vindicaturus. Tunc Rex decreuit modis omnibus Sanctium à quois damno & iniuria defendere, atque in Petrum, à quo valde alienato animo ob eam rem esse videbatur , animaduertere. Qua occasione Sanctius, socio Simone Vrreæ socero, venit Valentiam, vbi maximis Regi gra- tiis actis,

tiis actis, pro suscepta sui causa, & defensione: rursum ipsius consilio Cæsaraugustam reuersus est. Non enim erat ei tutum Valentia se Petri libidini committere. At Petrus suæ conscientia insolentia, amplius paterna erga se indulgentia non esse abutendum ratu, causam suā apud Regem, vt cunq; cohonestare decreuit. Quare Ruicium Simonem Lunam, & Thomam Iunqueram, cum mandatis ad illum misit, atq; præsentibus Bernardo Guillermo Entensa, Ferruzio Lizana, & Petro Martino Luna, Thomas, vt erat instructus, Petri mandatum sic exposuit; Nunquam fuisse Petri animum, Regi, quæ de Fernando Sanctio turpia & acerba sibi nota erant, prodere, sed habuisse illa diutius suppressa, quod talia essent, vt sine maxima fratum ignominia, impunita remanere non possent. Verū quoniam ea patefieri sibi tam anxie peteret; certò sciret, Sanctum in hæc verba prorupisse. Regem omnino indignum Regno esse: quin & illum procurasse veneno Petrum de medio tollere, vt ipse Regno potiretur: esseq; plerosque Aragoniæ proceres huius consilii, atque proditionis consortes: seq; ea omnia non facta, sed tanquam verissima, suo loco, & tempore, probaturum. Quibus auditis, Rex nonnullam iis fidem habens, quod ea consonare quodammodo viderentur, cum iis, quæ paulò ante ab Alfonso Castellæ sibi fuere enunciata; vnde grauiter cōmotus fuit, propterea quod seu vera, seu falsa, infamia non parum suis inferrent. Quare cum eisdem proceribus in partē Aulæ secedens, dixit, non sua, sed illorum interesse, eiuscmodi criminationibus satisfacere: cum per eas ipsi nonnulla etiam perfidiæ macula notarentur. Ad quæ Simon Vrrea, nequaquam satisfactioni locum esse respondit: cùm is, qui talia proferret, sacerdos infimi ordinis esset, deque suo ea omnia confingeret: aut si reuera de mente Petri referret; eò, se minus obligatos esse ad reuincendum illum, cui, vt successuro in Regna fidem suam obstrinxerant, neque licebat ipsum redarguere. Tum Rex legatis respondit, se breui facturum, vt Sanctius obiectis criminibus satisfaceret, alioqui puniturum illum. At verò Petrus Algeziræ, eo se animo continebat, vt, Sanctio bellū illaturus, secretò copias cōpararet. Quapropter Rex eò ire statuens, Antistites, & proceres conuocari iussit: vt eis præsentibus Petrum ab impotenti proteruitate deduceret: cumque flumini proximus per palustria ibi loca venatum iret, Petrus non longè ab eo cū triginta equitibus vada Segrensis præteruectus, Corberam oppidum ingressus fuit. Itaq; conuentibus inchoatis ad quos venerat Iacobus Regis filius ex Vidauria, Bernardus Oliuellanus Archiepiscopus Tarraconensis, tum & Barcinonensis, Ilerdensis, & Valentinus Antistites, cū aliis præceribus Regnorum, atq; legatis Cæsarauguste, Turolii, Calatauibii, & Ilerdæ ciuitatum: proposuit Rex insolentem Petri Principis pertinaciā, maleq; affectum animum in Sanctum fratrem, quem bello persequi statuerat: quodq; se inuito, copias cogeret, oppidaq; & arces, quæ ab ipso acceperat, milite & armis munire non desisteret; ac neque vellet iure contendere; neq; fraternalis cōtrouersias patris iudicio, sed bello mallet dirimere. Quæ cùm audissent Antistites, & plerique ex præceribus, Corberā petierunt, vt Petrum à commouendo bello, contra patrem magis, quam contra fratrem, deterrerent. Repugnante Petro, ac neq; quicquam in ea re illis proficientib. (tam alte insederat in animo odii virus in fratre) Rex ira motus, Algezira exiens, Setabim abiit; deque persequendo Petro cogitauit. Id sentiens Antistes Valentinus, vidensq; irato Rege, conduplicati Petro hostem, maleque cessura ei omnia, ni resipisceret; Petrum iā non blandè, sed acerbè monere cœpit; definieret vtiq; patri repugnare, qui tā propèlo in eum animo fuerit, vt reliquos filios præ ipso contéplerit: quo magis caueret, ne in summi cælestis patris iram incurreret, qui filios parentibus minus obsequentes acerrimè punire sit solitus. Proinde se totum patri, nulla conditione, traderet, nihil non ab eo cùm venia, tum gratiæ & amoris im̄petraturus. Iis Antistitis dictis permotus Petrus, se toto animo patri dedere decreuit; qui iam ante Christinatalem Setabim profectus erat, adducto secum Hospitalis ordinis promagistro, quæ in vinculis iusta de causa retinuerat. Ingressus ergo regiam, illicò se ad regis pedes prouuluit, ac dextrum pedem osculatus, supplicis animi verba protulit; nec à lachrymis tēperauit: fuitq; à Rege benignè acceptus; tantus enim amor in eum erat, vt nulla neq; exhaeriri iniuria, neque debilitari repugnantia potuerit. Quæ reconciliatio Petri, non minus suspecta omnibus, quam Sanctio postea perniciosa fuit: propterea quod Rex ab eo tempore, quasi afflatus venatio Petri, pedibus omnino in eius sententiā contra Sanctum abiit: præsertim cū animo reuolueret quæcunq; Sanctius Cæsaraugustæ vna cū procerib. fuerat machinatus; quo tēpore fuit propositum Bouaticum ad sumptus Murciensis belli: quantisq; modis regiam Maiestatem contépsérat, eamque insolētibus, ac odiosis verbis deluserit; seque totius factionis, siue initæ cōspirationis procerū, caput cōstituerit: ac non Aragonenses modò, sed Catalanos Regulos ad conspirandū concitauerit, quodque in

eo tandem, non filium, sed perduellem habuerit; quæ quidem nullo modo impunita dimittere decreuit. Per id tempus Theobaldo Rege Nauarræ sine liberis decedente, Enricus eius frater in Regnum successit, qui pactis & conditionibus olim à Margarita, & Theobaldo Rege cum Iacobo initis, stare nolens, ius ad Regnum Iacobo auxit: sed illud tunc armis repetere intermisit Rex, filiorum dissensionibus impeditus. Quo etiam tempore, Narbonæ mortua est, atque ibidem sepulta Berengaria Alfonsi Comitis Molinæ filia, cum qua aliquot annis, matrimonii fide data nunquam tamen præstata, contubernii necessitudo Regi cœlibi fuit, tam liberè id quidem, ut ipse met Rex (quod de se testatur) sè penumero, nullius sibi consciū peccati, præter quam Berengariæ, esse diceret: neque aliud sibi, cum hostibus prælium commissuro, confitenti peccatum occurreret; 10 quanquam sub spe coniugii, non condemnandum putaret. Sed decedente illa, cum ingrauesceret ætas, noti amplius visus Rex fuit simile quidquā commisso. Constat etiam nullos ex illa filios suscepisse, tametsi Regem ipsa hæredem constituerit oppidorum Felgosii & Caldelæ, quæ in Regno Gallicæ sita possidebat. Eodem vertente anno, nonnullis Castellæ proceribus indignitate Alfonsi commotis, ad Regem Granatæ deficiētibus, auditoq; rumore de Aueniispho Maurusiorum Rege, quod is in Bæticam prouinciam breui, ac cum innumerabilib; copiis eslet traiecturus, Alfonsus, & Iacobus Regnæ convenerunt, quod nunc celebre oppidum in finibus Valentini Regni positum est: ibique auxilia sibi mutua aduersus transmarinos aduertantes hostes polliciture: adiecitque Iacobus, se in prælium cum illis descensurum, neque defuturum vñquam 20 Alfonso, & suis. Vnde missis præsidiis ad fines Valentini, & Murcieis Regni, Iacobus cum nonnullis proceribus in Catalonia reuersus, Mompellerium petiit. Vbi pacto initio cum Philippo Francorum Rege, qui Foxensem Comitem tenebat in vinculis, liberatus comes fuit, & in gratiam Philippi restitutus: ad idque Iacobus nonnulla oppidula, pro Foxensi, Philippo concessit. Porrò per Mompellerensem, & Catalonia ditionem, bellum aduersus Granatensem, & Maurusiorum Reges in subsidium Alfonsi promulgavit; proceresq; omnes, quorum ditiones & loca, beneficiario iure, à Regibus ipsorum maiores acceperant, ea lege, vt bellum tempore Regi præstò essent, accersi iussit, atque indici, se duce, fore id bellum prosequendum, ne se quispiam excusatset. Ex quo Gerundæ Vgorii Sentapatatio Iustitiæ præfecto, viro pernibili, bellique experto mandauit, vt conscriptas copias quamprimum Valentiam deduci curaret. Inde verò Ilerdam peruenies, inuentum Vicecomitem Cardonensem rogauit, vt se, ac exercitum sequeretur. Cumq; Cardonensis se excusaret, vt qui sibi manere, perinde ac sequi, liberum esse arbitraretur; teneri eum ad sequendum se, Rex ostendit tam iure, quam stipendio militari. Sed renuente Cardonensi, cum aliis sex Baronibus Cataloniae, simili iure, atque stipendiis Regi addictis, dissimilate tamen hæc in præsenti decreuit, ne à proposito itinere impediretur: quandoquidem intellexerat Granatenses, aduentantis spe auxilii Maurusiorum, ardentius persequi bellum cœpisse contra Alfonsum; ideoque magnam illorum partem exercitus oppugnandis Murciensibus destinarat. Quare Bernardum Oliteliam Archiepiscopum Tarragonensem vniuersæ procurationi Aragoniæ, & Cataloniae præfecit; tā 40 et si prouocationum cognitionem, Regio iudicio reseruatam commisit, ac delegauit: indeque Valentiam se contulit, vbi collectis Aragonensis exercitus reliquiis, cum vniuersis copiis Setabim, inde Biarium peruenit; quò Iacobus & Petrus ex Viduaria filii, cum aliis quoque fratribus, ac multis Aragoniæ proceribus, conueterant ad Regni præsidium. Cùm igitur ad eos Rex venisset, vehementer lætatus est, ipsisque collaudatis, cum omni exercitu Murciam se contulit; vbi ab vniuerso Christiano simul & Sarraceno populo, lætissime exceptus fuit: eique tanquam vero Regni expugnatori, patriæque liberatori, ac domino, Regius omnino honos delatus. Verum neque Granatensis, neque Maurusius bellum in eam partem mouentibus, diebus non amplius quatuordecim, ibi substiuit; quos tamen partim lustrandæ vrbi, arcique reuendæ, ac munendæ; partim attingio, & venationi impendit; confirmatisque urbanorum animis, atque præsidiis in finibus dispositis, Valentiam, dimislo exercitu, temigravit. Sed iam Rege Algeziram inglesto, venit eo Petrus Alcalanamus, vir sanè venerandus, atque Dominicani instituti religiosissimus: quem Gregorius X. Pont. cum litteris & mandatis ad Regem legauerat: eius legationis summa hæc erat; Hortari Pont. Max. ac precari Regem, vt Lugdunum contenderet, vbi totius orbis Concilium cogi edixisset; atque maiora, quam vñquam Christianæ Reipub. negotia agenda esent: nempe de Hierosolymitana recuperanda terra: & de Græcorum Ecclesia ad gremium, & sensum Romanæ tradicenda. de quibus multis ante annis, quamuis frustra actum fuisset, in præsenti tamen esse summam spem: propteræ

pterea quod Palæologus Imperator Græcorum, ac etiam magnus Chām Tartarorum, frequentibus legationibus ad se, illa cupidissimè expeterent: instarentque, ne tanta diuinatus oblata rei occasio prætermitteretur: altero, se, cum vniuersa Græcorum Ecclesia, in gremium Romanæ reditum; & errores depositum: altero, milite, & armis, classe, cōmeatuque, quandiu esset expeditio, Christianum exercitum iugaturum, promittentibus. Quo auditio Rex, egregia, qua semper fuit in Apostolicam sedem pietate, & amore, grato, liberalique animo iter eò se facturum promisit: ac protinus Valentiam introiit: vbi confirmato præfecto, & aliis Regiis magistratibus, acceptaq; mutuò pecunia ad iter tam honorificum pro dignitate faciendum, Tarragonem profectus est. Eo conuenire iussit Raimundum Folchium Vicecomitem, Petrum Bergam, Galcerandum Pinosum, Guillermum, & Maimonum Catalauninos, Berengarium Cardonam, & Guillermum Ragiadellum, proceres; qui paulò ante, in expeditionem sacram proficisciētem, sequi recusauerant; vt eorum contumaciam, & insolentiam puniret; quibus militaria beneficia ademit, eosque honoribus priuauit: deniq; arces, quæ illis iure fidelitatis commissæ fuerant, restitui sibi imperauit. Ea quippe conditione ac lege, Aragonensi more, arces committi consueuerant, vt hæ Regibus iratis, aut pacatis, cum ii vellent, pro libito traderentur. Cùm autem Cardonenis primus aliquot arces traderet, aliquot retineret, tanquam communes, aliiq; similiter facerent, ad arma cum reliquis Catalanis proceribus vētum fuit. Quanquam interim eo bello Rex supersedendum censuit, ne cœpto itinere Pontifici promisso prohiberetur.

BERNARDINI GOMESII MIEDIS, ARCHIDIACONI SAGVNTINI, DE VITA ET REBUS GESTIS IACOBI PRIMI REGIS *Aragonum, cognomento expugnatoris.*

LIBER XIX.

ITER IS à Pontifice denuò rogatus Rex, multisq; totius ferè Hispaniæ Antistitibus, qui ad concilium vocabātur, sese illi adiungētibus, perfectionem suam Lugdunum maturandam duxit. Itaque Barcinone, nonnullis vtriusq; Regni procerib. comitantibus, Perpinianum præteruectus, Mompellerium venit: ibi q; octo commoratus dies, quoad nonnulla imperata pecunia, Regio sese apparatu ad iter muniret, ingressus illud, Vienam oppidum peruenit valde insigne, quod aluit Rhodanus magnus Europæ amnis, atque Lugduno vnius diei distat itinere. Adfuereque illi protinus Legati à Pontifice missi, rogantes, vt in oppidulo sancti Saphorini, quod est in via, ac non amplius quam passuum vndecim millia Lugduno abest, se contineret: propterea quod non solùm ab amplissimo Cardinalium collegio, & vniuerso cœtu Antistitum; sed etiam à senatu populoque Lugdunensi, mandato Philippi Regis eius generi, Regiè, magnificentissimeque esset excipiendus. Est enim Lugdunum vrbs, totius Galliæ potentissima, florentissima, atque ipso naturali situ loci munitissima, hinc monte cum propugnaculo ad occasum, illinc Rhodano ad ortum, aquarum multitudine protecta; circunquaque verò, non inexpugnabili modò muro cincta, sed Arari quoque fluvio, qui à Septentrionibus per mediā fluit, omni commeatu referta. Is enim in vnum ibi confluens cum Rhodano, eiusque impetu cohibitus, adeò latus, ac segnis recurrit, vt æquè facilis aduerso illo, atque secundo fiat nauigatio. Quo sit, vt non minus per eū à supera vrbis parte, quam per Rhodanum ab infera, & mari, commodissima sit in vrbē, commeatus, atque mercimoniorum omnium, tum inuestio, tum rursum exportatio. Sed eius demum ager cultissimus, ac fructuosissimus, iunctis opibus, cum tam frequenti commertio & expeditione rerum, satis ostēdunt, vrbem tunc fuisse, qualis, quantaq; nunc est, omnium Europæ abundantissimam, atque opulentissimam. Ut potè cùm & Pontificem, Cardinalesque, cum vniuersa Romana curia, & tot vndecumque concurrentes Antistites, eorumq; innumerabilem familiam: & ipsum denique Regē, totque Principes, proceresque Galliæ, cum incredibili ac promiscua multitudine, biennio, & eo plus sustentauerit, præter alias varias quoque gentes, & nationes, quæ non concilii modò, sed ipsius Regis motæ fama, atque visendi gratia, ab vniuersa Gallia, Italia, & Anglia, conuenerunt. In hāc vrbē à Cardinalibus, Antistitibus, &

populo, quanto maximo potuit cum honore, pompa, & ceremoniis exceptus Rex fuit: cunctis eius præstantiam, atque conspiciebat corporis habitudinem, tum barbam promissam, cum veneranda canitie; adeoque plenum maiestate aspectum admiratibus, minimeque eius personam, quanta erat fama, & nomine, indignam reputantibus. Is ad palatium Pontificium deductus, tametsi ei Pontifex assurrexit; nihilominus ad huius pedes se Rex prouoluēs, dextrum deosculatus fuit: atq; postera die, quod Sessio esset, in Concilium admislus. Quo summo in spectaculo, tria Regem in maximam admirationem, & ferunt, traduxere. Primum, nunquam ipsi antea conspecta Pontifica maiestas, alterum, Cardinalium purpuratorum, quasi multorum simul Regum confessus; tertium, Antistitutum maior quam vsquam vidisset, aut credidisset congregatio. Nam, sicuti in suis ipse refert Commentariis, Cardinalium, Patriarcharum, Antistitutum, atq; Abbatum numerus, quingentorum & eo maior fuit: ac quoniam vix aliud toto Christiano orbe concilium celebrius, ac frequentius eo inuenitur coatum, consentaneum erit congregationis causas, maximè verò, quæ ad reductionem Græcorum, & confessionem eorundem Ecclesiæ cum Latina (id enim fuit totum eius Concilii opus) declarandas pertinent, hic breuiter enarrare. Cùm Michael Palæologus strenuus Dux Lascaram gentem, ad quā Græcorum Imperium iure peruenire poterat, profligasset; ac Balduinum Constantinopolitanū Imperatorem, aucto Regno, & Philippum eius filium exturbasset; vt tamen Gregorii Pont. Francorum Regis; quin etiam Caroli Siciliæ Regis, qui Philippi Imperatoris generis sui causam contra Palæologum tuendam suscepserat, classes, & ingentes apparatus à Bosphori fauibus, & Bizantiæ ciuitatis cœruiibus, terra, marique auerteret; mira est usus arte, Græcaeque, quod aiunt, permista fide, cum religionis prætextu, cunctos sic ausus est ludicare. Siquidē nonnullos Imperii Principes, atque Græce Ecclesiæ primates, sumptuissima cum legatione Romam ad Clementem Papam I V. misit, qui nomine suo illi renunciarent, Græcorum Ecclesiam, quæ à sacris Catholicæ Ecclesiæ, & sanctorum institutis defecerat, & à maiorum pietate degenerauerat, se, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ adiuncturum, & eius canonicis sanctionibus obtemperaturum; atque in eam rem, non modò se, suamque, sed Constantinopolitani Antistititis, ac totius Imperii procurum fidem interpositurum. Quæ promissio summopere Christianam Rempub. erexit: Græcorum videlicet Ecclesiam tamdiu à capite seiunctam, Romanæ tandem adiungi. Quamobrem idē Clemens Pont. notam esse volens scriptis professionem fidei, qualis ab Imperatore, clero, & populo Græcorum exigebatur; in eo summam iudicii, causamque totam constituit, vt infinitæ, concertationumque plenæ de religione disputationes tollerentur; sed nudata tantum, atq; expressa ei traderetur fidei professio. Nec pretermittenda est, quæ vna cum professionis formula, excepta è diplomate illo aureo, missa est à Pōt. ad Palæologum his verbis præmonitio. Porro præscriptam purissimam, certissimam, solidissimamque orthodoxæ fidei veritatem Euangelicæ doctrinæ consonam, à sanctis patribus traditam, & Roma Pontificum in suis Synodis definitione firmatam: sicut nec debet; sic ne volumus, nouę discussioni, ac definitioni subiicere, ipsam quasi per hoc quod modolibet contrafas, & licitum in dubium reuocando. Ideoque licet in præfata scriptura de conuocatione Concilii ageretur; licet per tuas litteras concilium in terra tua cōuocari petieris, nostamē nullo modo proponimus Concilium ad discussionem, seu definitionē huiusmodi reuocare. Non quod cuiusquam faciem vereamur: vel eandem sacrosanctam Romanam Ecclesiam Græcorum superari potentia timeamus: sed quia prorsus indecens foret, imò nec licet, nec expedit, in dubium reuocare præmissam veræ fidei puritatem, tot sacræ paginæ auctoritatibus, tot sanctorum sententiis, roboratam, tot Roma Pont. stabili definitione firmatam; pro cuius defensione si necesse foret, parati essemus, subire martyrium, & morti etiam exponere corpus nostrum. Quam ideo ad præsens nemus: sed in simplicitate veridica, sic pure, sic explicatè, tam prædictis tuis, quam tibi decreuimus destinandam. Dum igitur clemens præmonitionem vna cum formula professionis fidei, quam mox subiiciemus, ad Imperatorem mittit, vita functus est; atque à præsequendo negotio cessatum. Verùm Palæologus, continuato dolo cum ipso religionis prætextu, vt Imperium sibi stabiliret, Ludouicum Francorum Regem, cuius insignis erat, per id tempus, cum pietate, & religione sanctitas, per legatos obtestatus est, vt ipse, intam pio, & utili negotio, utramque, Græcam scilicet, & Latinam Ecclesiā iuaret; & cœptam à Clemente Pont. Græcorum reductionem perficiendam curaret. Quare Ludouicus Palæologi, non tam mentem, quam orationem præcipiens, Cardinales, qui per interregnum Viterbii agebāt, rogauit, effecitq; vt ipsi Clemētis cœptum prosequeretur. Itaq; proti-

protinus viros doctissimos, & religiosissimos Constantinopolim legarunt, per quos fidei professio solennis celebrari posset, ex formula à Clemente tradita. Interea vero Gregorius X. Pont. renunciatus, eiusmodi Lugdunense Concilium indixit; animaduersaque Palæologi, ut apparebat, constantia & pietate, inducias inter Balduinum, Regemque Siciliæ Carolum, & Palæologum, fieri quam maximè studuit: cum interim Palæologus classem, ac militares etiam copias, vt concupierat, a se pelleret. Itaq; Legati quatuor summæ autoritatis virtu ab eo Lugdunum venerunt; quorum unus, tum Imperatoris, tum eius filii Andronici successoris; tum etiam sex & viginti Ecclesiarum Metropolitanarum Patriarchatui Constantinopolitano, subiectaru, cum earum permultis suffraganeis; ac totius demum Græci Ecclesiastici ordinis nomine, publicè in medio concilio, Schisma extradita sibi formula, his verbis abiurauit. Ego Gregorius Acropolita, & magnus Logotheta, nuncius Domini nostri Imperatoris Græcorum, Michaelis Angeli, Ducas Connini Palæologi, habens ab eodem sufficiens ad infra scripta mandatum, omne schisma proorsus abiuro, & subscriptam fidei veritatem, prout plenè lesta est, & fideliter exposita, nomine dicti domini nostri, veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse cognosco: eam accepto, & corde, & ore profiteor, ipsamque, prout eam veraciteret, fideliter docet, & prædicat sacrosancta Romana Ecclesia, ipsum in uiolabilitate obseruaturum; nec ab ullo unquam tempore recessurum, quoquomodo deviaturum, vel discrepaturum promitto. Primum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius Ecclesiæ obedientiam, nomine ipsius, & meo spontaneus veniens, pro ipso, & pro me fateor, recognosco, accepto, & sponte suscipio: & ipsius omnia præmissa, tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem Ecclesiæ Roma primatum, & ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, obseruantiam, & perseverantiam seruaturum, præstito in animam ipsius, & meam corporaliter iumento, promitto: & confirmo: sic ipsum, & me Deus adiuvet, & haec sancta Euangelia. Cum autem Gregorio vita functo, Innocentius V. postularet, vt idem ipse Palæologus Imperator cum Andronico filio, per se, atque ore proprio abiutarent; in idque tres alii consequentes Pontifices maximè incumberent, Palæologus in eadem sententia permanxit, seu bellè simulauit, quippe qui, non in concilio præsens, vt nonnulli autumant scriptores, cui nunquam interfuit; sed Constantinopoli, publicè, præsentibus Pontificiis Legatis, & Antistitibus Græcis, isdem, quibus Legati sui, verbis ante in concilio, abiurauit. Promisitque præterea se, & milite, & armis, cum classe, omnique comitatu, adiuturum expeditionem contra Turcas, ad recuperadam terram sanctam, & gloriosum Christi sepulchrum. Abiurantibus deinde ceteris Antistitibus, atq; vniuerso Ecclesiastico ordine, solus Patriarcha Constantinopolitanus abiurare tenuit; tametsi abiurasse postea, feratur. Verum Palæologus abiurato schismate, multa in Concilio proponi fecit, que nisi prætentur sibi, iam tum se, contra facturum, quam professus, pollicitusq; fuerat, significauit. Nam in primis, que sua essent querens, petiit, vt pax ab omnibus Latinis Principibus sibi promitteretur: atque Philippi Imperatoris, Balduini filii, & Catoli Siciliæ Regis eius affinis, vim arceret; quod ii præpotentes ipsius imperio nimis imminere viderentur; alioquin iura omnia, vt fecit, se violaturum dixit. Vnde nefaria eius mentis, atq; simulata religionis causa prodita, neq; aliò, quam ut Imperium sibi stabiliret, atq; in tyrranide permaneret, relata: accedente etiam Iosephi Patriarchæ Constantinopolitanæ proteruitate; quin & summo quoq; Andronici scelere ac impietate adiuncta, natio Græca ad suum tandem ingenium versa, sacra omnia religionis foedera in Concilio facta, violare cœpit. Ex quo erroribus inueterata prauitatis denuo inuoluta, totq; subinde impurissimis carnis, atque concupiscétiæ vitiis immersa, diuina manu vindice factum est, vt grauissimas impieratis suæ peccatas expenderit. Vtpotè que & Palæologorum non multò post excisa stirpe, & Græcorum simul amissio Imperio, Mahometanis omnium hominum impurissimis, Christianique nominis sempiternis hostibus, turpiter in seruitutem, atque vitiam non perpetuam, data fuerit. Cæterum per id tempus, nonnulli ex Principibus Taratarorum viris Lugdunum venere, qui coram Pontifice & patribus, in Concilio fidem orthodoxam, suo, & nationis nomine professi fuerunt; atq; magno etiam gaudio & alacritate omnium, saeo baptismatis fonte ablati. Cum igitur eō venisset Rex, antequam mala mens & animis Palæologi retectus fuisset; deque expeditione contra Turcas ageretur, se ad eā promptum, expeditumq; vt primū omnia essent parata obvulit; & ad ineundam illam, consilium, quod Pontifici, aliisq; optimum, ac consentaneū visum est, dedit: adiecitque, se, vel senē, non defuturum summō Pontifici, si eō, vt dicebatur, is pergetet: atq; vna cum exercitu, ipsum sequeretur; sin minus, mille lectissimos in expeditione equites cum

classe missorum. Adhuc confiteri peccata sua Pontifici deliberauit, ut à summo sacerdote eorum expiationem, & veniam obtineret: quæ vbi genibus flexis confessus fuit, tum Pontifex vice animaduersionis, seu satisfactionis, vt dicunt, duo ipsi maxime seruanda, vt historia refert, documenta initinxit; vnum, ut à malo recederet; alterum, ut amplectetur bonum, in eoque & constans, & perseverans esset. Demum de suo reditu in Catalonia agens, à Pontifice petiit, ut quoniam non minus ipse, quam maiotes sui Reges, de Apostolica, & Romana Sede benemeritus esset, daretur Regiæ coronæ insignibus, se ab eius sacratis manibus decorari. Quod Pontifex libenter se facturum respondit, modò prius Aragoniæ Regnæ, simili de causa, eidem Sedi obserata redimeret; nempe si tributa à Petro Rege eius parente olim imposita, dum Romæ coroniatus fuit, denuo sanci- 10 rentur; & quæ per solui in singulos annos desierant, ante omnia penderentur, indignum esse, inquietus, heroica tanti Regis magnitudine, & conscientia, Sedem Apostolicam, quæ tanto eius patrem honore, atq; insignibus decorauit, iuste suo, ac debito, permittente filio, fraudari. At Rex cum potius gratiosam mercedem à Pontifice expectaret, pro tot Sarracenorum Regnis cùm debellatis, tum Christianæ fidei, atque Apostolicæ Sedis obedientiæ traditis; quam ut à maiorib. suis partam Regnis immunitatē imminui permittebat; ab incepto destitit: Ac tandem pro libertate Enrici, Regis Castellæ fratri, quem Carolus Siciliae Princeps in vinculis tenebat, Pontificem, cuius causa tenebatur, rogauit: cui Pontifex se id curaturū promisit. Iamq; elapsis viginti tribus diebus, ex quo Rex Lugsdunum ingressus fuerat, infecta prope rem omni, Mompelletium reuersus fuit: indeque 20 Perpinianum venit, vbi denuo Cardonensi Vicecomiti edici iussit, ut præcipuam Cardonæ arcem sibi traderet; erexitro altoqui armata manu. Id, ut primum Cataloniæ proceres, & Barones intellexere, congregati Solsonæ in oppido, non minus suas, quam Cardonensis partes agentes, Regis editio responderunt; non Cardonensis tantummodo, sed omnium Cataloniæ procerum interesse, illius arcem, perinde ac proprias cuiusq; defendere. Proinde ipsum rogare omnes, ut ab ea vi desisteret, neque summa ipsorum, adeoq; probata fide, abuteretur. Tum Rex Barcinonem veniēs, bellum Cardonensi, & eius partes sequenti b. indici curauit, eo prætextu, quod Cardonensis apud se recipere, suisque in oppidis defenderet quandā Bertratidum Caneliā, qui immane facinus, & quasi maiestatis, cōmiserat, ut qui Rodericum Castelletiolum, præfectum Iustitiæ Aragonū, nulla eius 30 Regiè quasi dignitatis ratione habita, contradicatit: atque, quod magis Rex bello instaret, in oppidum Terraciam migrauit: eò confluentes illicò Berengarius Almenara Promagister Hospitalis, & Maumolius Castelaulius, Regem rogauit; ut diem Cardonensi, & aliis ad comparendum prorogaret. quod Rex in eorum gratiam, libenter concessit. Verū elapso die, non comparentibus illis, sed diem ex die differentibus, quoad una cum Ferdinando Sanctio conspirarent; aperte iam tum Petrus Princeps aduersus eos, & Sanctium fratrem bellum suscepit. Tametsi interim, noua ex occasione, neesse fuit eo bello supersedere, nuncio allato de obitu Enrici Regis Nauarræ, qui iamiam moriturus, Ioannam vniçam filiolam vel bimam, quam ex Roberti Atrebatensis Comitis Ludouici Francorum Regis fratri, filia suscepserat, à Nauarros iurisurandi religione obstrictis, Regni hæredem constituerat. Itaque illo mortuo, cùm inter Nauarros summa partium contentio in Repub. versaretur, aliis Ioannam Regni hæredem, Regi Castellæ tradendam, aliis in Galliam deducendam, pluribus Regem Aragonum ad Regnum ascendi- 40 scendū esse contendebat. cum igitur tumultuantur omnes, Regina, ne quid detrimenti Ioanna filia caperet, in Aquitania ad Regem Galliæ, vna cum illa contendit. Vnde Nauarri in Reginæ ponte (id oppidi nomine) Conuentus ineuntibus, de pacâdis Regni tumultib. acturis Petrus Regis filius Turiasoté cum parte exercitus venit: indeque legatos ad conuentus misit, qui renunciarent, Iacobum Regem, id ius, quo Sanctius illorum Rex olim ipsum filium adoptauerat, ac Regnum promiserat, nunc venire repetitum, ac cedentibus aliis quoque pactis cum Margarita Regina uxore Tibaldi Regis, Sanctii so- 50 roris filii relicta bidua, atque Enrici nuper defuncti matte factis: & ea de causa potissimum, quod Castellanis sèpè Nauarram inuidentibus, ac Reginam, eiusque filium Theobaldum è Regno expellere nitentibus, continuò Iacobus cum exercitu occurrerit, ipsosque vna cum Regno strenuè conseruauerit, atq; omni posthabita ratione Alfonsi Castellæ Regis, generi sui: pro defensione Nauarræ, illum semper vi & armis hostiliter repulerit; qui que demum pro eis sexaginta millia marcharum argenti impenderit. Nec verò ipsum aliud petere, quam vt Ioanna Enrici filia Alfonso filio Iacobi nepotinubat. Quibus auditis, Conuentus cum Petro consenserunt, responderuntque, se daturos operam, ut Alfonsus Ioannam vorem ducat: quod si ad eam conditionem adduci illa non possit

possit; cum sit voluntati matris, & potestati Francorum Regis, apud quem versabatur, subiecta; curaturos, vt vna ex aliis puellis Enrici Regis ex iatore filii eidem nubat. Quin & pro defensione Pompelonensis Regni cc. millia marcharum argenti, se ei soluturos spoponderunt; atque ex Nauarris proceribus, & primariis Regni, viri plus triginta, preter alios ciuitatum, atque oppidorum Regnilegatos, se illicò ad ea omnia præstanda, Petro sponsione deuinxerunt. Quæ tamen pacta, inania, atque irrita fuere: quandoquidem, industria interim, & arte Philippi Francorum Regis, apud quem sese Regina, & Ioana filia receperant, factum est, vt præcipuis Nauarræ arcibus Philippo à Reginatraditis, in easq; præfidiis missis, Ioanna quoque præmaturis nuptiis illius Principi filio traderetur; sicque paulatim toto Regno potiretur. Vnde Petrus hæc in præsentia premens, atque gratissimam se habere Nauarrorum voluntatem ostendens, abiit in Catalonia, vt Sanctio fratri, & Cardonensi, aliisque proceribus Catalanis, simul in se, & Regem conspirantibus, occurseret. Sanctius enim in Aragonia coniurationem nobilitatis fecerat, eratque plebi præterea maximè acceptus; cuique se addixerant omnes olim Alfonsi fratris sectatores, quide Petro male sentiebant: ac sese illi etiam adiunxerant Cardonensis, aliquæ Catalani & Aragonenses proceres, quos noua Petri dominatio, ac Regis quoque nimia illius locupletandi, & adaugendi cupiditas, male habebant. Velle quippe videbatur Rex, vt dicebant, omnes procerum ditiones, & oppida Regno adiungere, ideoque turbari valde omnia cœperant. Quamobrem Petrus aduersus fratrem aperto iam Marte pugnaturus, militares copias coegit, atque ad oppugnanda quædam eius oppida contendit. Quæ quidem Petro Cornelio Aragonensium procerum, vt diximus, potentissimo, qui Sancti partes accuratè tuebatur, adiutore, se ad defensionem pararunt. Tum Cardonensis, & Vgo Emporitanus Comites, ac pene omnes Cataloniae proceres, à Regio se subtraxere imperio, ausique sunt Regem, more patriæ, ad certamen prouocate. Sed eos Rex, æquis, ac honestis conditionibus, ad se perducere studebat, ne ad grauiora contra eos supplicia progrederetur, necesse haberet; haud ignarus, quanta ex eiusmodi dissensionibus incomoda, & rerum perturbationes oriri contineuerant: nihilominus tamen in proposito, susceptoque illi consilio permanserunt. Ac quoniam Catalanorum longe maior in Petrum, quam in Regem odium & ira erant; Comes Emporitanus Castulonē oppidum Emporiis proximum, quod habebat, muro, milite, & armis munitissimum, addidit, ibique iunctis cohortibus, cum iis, quas secum attulerat, Figueras oppidum, quod Petrus magno studio colebat, atque eius amplificandi causa, colonos multos conduxerat, oppugnauit, diripuitque, eiusque solo æquata arce, atque vastato agro, tandem oppidum igni succendi iussit, tanta celeritate, vt Regi cum copiis aduentanti Gerundam, iam non fuerit locus ad illud defendendum, neque ad intercipiendum Emporitanum; quod is protinus sese Castulonem recepisset Portò dum Rex agit Gerundæ, similiter Petrus Berga, aliorum more procerum, illum per litteras ad certamē prouocauit: idem & reliqui ferre proceres fecerunt. Nā aut prouocarunt, aut minime se ei adiunxerunt, eratque in maxima rerum perturbatione, & armis vniuersa Catalonia, idemque malum per Aragoniā longius serpebat. Qua de causa Rex Barcinonem reuersus est, vbi Antistes, & magnus magister Vclensis, qui tum ibi erant, tatis Regni miseriis, atque calamitatibus commoti, summa openixi sunt pacare proceres, & ad rationi consentaneam Regis voluntatem reducere, procurantes denuò, vt quotquot essent controuersiæ & dissensiones, sententia ac iudicio Antistitum, & aliquorum Baronum deciderentur. Id Regi placuit; commisitque præfecto Montalbanensi, atque Vgoni Mataplanio, Archidiacono Vrgeliano, vt suō nomine induciæ decē dierum fieret: cum Cardonensi, & Berga, eorumq; iectoribus; vt cōpositioni esset locus. Hæc postquam acta fuere Barcinone, litteræ ex Aragonia ad Regem allatæ significarunt, Aragonias res, perinde vt Catalanas, in maxima esse perturbatione. Nam Sanctius coactis copiis, Petrum fratrem, non minus lèdere, quam sese ab eo defendere nitebatur, ad ipsumq; cū milite & armis, confluebant pleriq; proceres, qui se à Rege nimium premi querebantur, tanquam fœdifrago, & legum perturbatore. Ea nota inuri se Rex, duce, atque autore filio, tulit quam acerbissimè, fuitque ab eo die omnis ex eius animo paternus amor exhaustus, atque in iustum & debitum odium conuersus. Quāobrem in Aragoniam statim ire decreuit. Conuentus aëturus, vt querelis eorum satisficeret, & antequam ad arma esset ventum, sui cœpti rationem pleno in Conuentu redderet. Sed cùm induciarum dies terminaretur, & Cardonensis, aliquique proceres audiendi essent, manendum censuit, atque Petro filio illorum celebrationem commisit, volens intra Aragoniæ limites agi illos, vt a conquerentibus iudicio fisti posset. Itaque eodem die, quo induciæ cum Cardonensi factæ sunt, litteras quoque cum mandatis Petro ad Con-

uentus agendos dedit, existimans fore, vt Sanctii, aliorumque querelæ deliberationi Conuentus relinquerentur; sicque omnia pacarentur. Veruntamē res aliter euenit: quādoquidem Sanctius, eiusque sectatores, adeò sese indies à Petro ablegabant, vt nobilem virum quendam Raimundum Andream, Prouincialem, ad Regem miserint, qui nomine Sanctii, Ferrentii, Iordanii Pinnani, Simonis Vrreæ, Artali Lunæ, & Petri Cornelii procerum, singulas cuiusque querelas proponeret; ipsisque propositis, ab eo, eiusque obedientia, & Imperio discederet. Quæ cùm Raimundus publicè, multisque astantibus Regi renunciaisset, ac nisi satisfaceret, discessionem facturum se, minaretur: post bīduum Rex ad ea omnia respondit; se, ab æquo & bono nunquam discessurum; tametsi facile posset eorum querelas omnes sigillatim in vnumquemque retorquere. Verūm quoniam illatum caput constituerant, quod in Sanctum filium, cui se omnes addixerant, ipse, & Petrus inueherentur; scirent, maxima id Sanctii culpa fieri, eaque tam graui, vt non modo paternum animum à se penitus alienarit; verum etiam fraternum multis modis distraxerit, seque virique hostem, ac perduellem exhibuerit. Proinde, aut iudicio, de liberationique Antistitum, ac probatissimorum Regni virorum starent; aut in armis ius constituerent: se enim ad vtrumq; paratum esse, ac neque sibi vñquam defuturum. Hæc à Rege excipiens Raimundus, neque amplius redarguendi copia à Rege data, Cæsaragustā reuersus, Sanctio, ac suis retulit. Interim Barcinonēsis Antistes, & Vclēsis magister, modis omnib. contendebant, vt Antequam Aragoniæ res cum Catalanis commiscerentur, ac malum conduplicaretur, Cardonensis cum Rege concordaret, & contoversiæ ditimerentur. Cumque Rex Barcinone Tarracone in veniret, vt Alfonsum Castellæ Regem, & Reginam filiam venientes exciperet, essetque Villafrancæ, medio in itinere, Raimundus Cardona, Berengarius Puiguerius, aliqui proceres Cardonensis sectatores, Regem conuenerunt: supplicesque veniam ab eo petierunt: ac, vt arbitros nominaret, qui de mutuis contouersiis iudicarent, obsecrarunt. Annuit Rex; vtq; benignitatem ipsius agnoscerent, Tarraconensem, Gerundensem, & Barcinonensem Antistites, & Abbatem Fonfredæ, cum Baronibus Raimundo Moncada, Petro Berga, Gaufredo Rocabertino, & Petro Cheraltio, illorum amicis, & cognatis, arbitros nominauit. Deinde iter prosecutus, cùm esset Tarracone, de tempore, & loco arbitrii interrogatus, mensem Martium, dum sacrum ieunium esset, locum verò, Ilerdam ciuitatem, in qua conuentus ea causa indixit, assignauit; vt præsente Petro filio, sententia ab arbitris pronunciaretur. Qua causa, pacata tum fuere omnia in Catalonia. Itaque Rex Alfonsum, & filiam Barcinonem deduxit, vbi solennem Christi natalem diem cum eis celebrauit. Verūm de inopinato aduentu Alfonsi sollicitus; ab eoque causas tam inauspicati itineris intelligens, vchementer improbavit. Quas planè, quoniam variæ, ac scitu dignæ sunt, atque, vt veritas rei innotescat, quæ vix potest ex historicis Castellanis magis quam ex nostris comprehendi, non arbitror alienum, eas hic leuiter attingere. Mortuo Federico Imperatore, conuenientibus ad electionem Regis Romanorum Imperii electoribus in Germania, atque variatis sententiis, sese in duas partes diuidentibus, altera Richardum Comitem Cornubianum, fratrem Enrici III. Anglorum Regis elegit; eumque protinus hac ipsa pars tantum, Aquisgrani, Romanorum Regis diadematè coronauit. Ab altera verò parte, Alfonsus Castellæ & Legionis, fuit quoque Romanorum Rex renunciatus, qui etiam ex Beatrice matre Philippi Imperatoris filia, ex inclita Ducum Sueviæ stirpe erat oriundus. Vnde vtroque, se pro vero, & legitimo Rege gerente, causasque abunde allegante; mortuo interim Richardo, electores omnes, præter Bohemiæ Regem denudò, haud consulto Alfonso, Rodolfum Comitem Aspurgensem, virum quidē strenuū, atque Imperio dignum, in illius locum suffecerunt, & illicè Aquisgrani similiter coronarunt. Id Alfonsus intelligens, Legatos misit Lugdunum, ad Gregorium X. Pont. qui tum in Concilio agebat, cōtra electionem Rodolfi iure acturos; ac etiam eius opem & auctoritatem ad infirmandam illam, suamque confirmādam imploratueros. Verūm causis, & rationibus hinc inde agitatis, à Pont. & Cardinalibus decretum fuit, electionē Rodolfi vltimò ab omnibus, aut à maiori parte electorum probatam, non posse vlla causa infirmari; quod legitima, & canonica ea esset, ideoque priori, tanquam dubiæ, & contouersiæ, præferenda. Quare Legatis, re infecta, discedentibus, Gregorius paulò post, Legatum ad Alfonsum misit Fredulum Lunelii Priorem, eum mandaiis, vt ipsum ab ea postulatione deduceret, quod si discederet, decumam Ecclesiasticorum Castellæ reddituum ad Granatense gerendum bellum triennio eidem concedendam promitteret. Cui Alfonsus parum animaduertens electionem Rodolfi cōsentaneam visam fuisse Pontifici & Cardinalibus, respondit, se facile in sententia Pont. mansurum, modo sibi, honoriq; suo,

suo, in re tam graui deliberanda, consuleretur: atque hac de causa, se brevi, Pontificis conueniendi gratia, Mompellerium, aut in alium Prouinciae locum iturum dixit. Quo solo verbo, ac neque denudo consulto Alfonso, Pontifex matura totius collegii deliberatione, electionem Rodolfi in Concilio approbavit, & confirmavit: atque ad electores Imperii, & electum, diploma confirmationis aureis scriptum literis dedit. Hanc subita, atq; prae properam sanctionem Pontificis, Alfonsum, se minimè audito, promulgatam fuisse, gratuiter, & iniquo animo tulit; ac licet occasione, & tempestuitate amissis, tamen Pontificem ad redere crevit: nondum Regni rebus bene compositis, neque proceribus pacatis; cum iam Abenit sophi Miramamolini cum potentissimo exercitu in Bæticam traectus immineret, Alfonsique levitatem, animique mobilitatem ille, ad inuadendam Hispaniam, suam occasionem putaret. Sed relicto tandem Ferdinandando maiore natu adhuc adolescenti, vniuersorum praefecto, iter, ut diximus, cum Regina ingressus fuit. Cum igitur Iacobus nullis potuisset rationibus Alfonsum à proposito deterrere, iter prosequi permisit. Erat enim Alfonius consiliis praecipus, magisque litterarum scientia inflatus, quam prudentia, atque moderatione animi praeditus: ideoque prudèstissimus Iacobi consiliis nolens acquiescere, præterquam quod nihil à Pontifice consecutus est, penè etiam ridiculus, ac imprudens fuit habitus. Itaque Barcinone profectus, venit Perpinianum, ubi relictis Regina & filiolis, loco, & die à Pontifice præstitutis, in oppidum Belcairum Prouinciae accessit, quod deductus fuit mandato Pontificis, ab Archiepiscopo Narbonensi, atque cum pompa comitatus: statimque eò venit Pontifex, qui Alfonsum excepit honorificestissime. Vbi cùm egisset Alfonus tribus ferme mensibus, neque negotium Imperii confecisset; tria quidem, vel quatuor damna, seu detrimenta proposuit: quibus reficiendis ac instaurandis Pontificis auxilium implorabat. Primum, ut Ducasius Sueviae, qui obitu Conradini, iure sibi obuenerat, quēque Rodolfus electus occupauerat, restitueretur. Alterum, ut ius ad Nauarræ Regnum, quod Philippus Francorum Rex, retēta Ioanna Enrici filia, usurpauerat, sibi stabiliretur. Tertium, ut Enticus ipsius Alfonsi frater, quē Carolus Siciliæ Princeps tenebat, è custodia & vinculis eriperetur. Postremum, ut ab eodē Carolo ingens pecuniæ vis sibi debita solueretur. Quorū omnium tanquam à Pontificio alienorum officio, Alfonus nihil retulit. Exquā, te omni infecta, vacuus ac inanis, valde tamē iratus à Pontifice discessit: reuersusque Perpinianum sumpta Regina, Barcinonem ad Regem remigravit. Vbi tribus & quadraginta diebus comoratus; accidit sacro Epiphaniæ die, ut Raimundus Peñafortius, tertius à beato Dominico, eius ordinis generali Magister, ibidē è vita excesserit. Quo planè viro nullum summae eruditionis, religionis, ac veteris sanctitatis illustris exēplum in Hispania, tēpora illa tulere. Vt pote qui natione Catalanus, Theologæ, Canoniciq; iuris petitissimus; tantam apud omnes sui temporis Pontifices auctoritatē habuit, ut à Gregor. IX. eius confessor, ac pénitentiarius electus fuerit, eiq; iniunctum onus, ut magnū illud Decretalium opus ex variis, innumerabilibusq; voluminibus collectum in unum conferret. Ac non modò Christianæ libertatis contra Iudæos acerrimum se vindicem præbuit: sed Hæreticorum etiā per totā Hispaniam constantissimus insectator fuit. Cuius etiā sapientissimi cōsiliis Rex sēpè vsus, fassus est, in exequendis illis, tum nihil non optimè successisse sibi; tum se à malo sēpius, quasi diuinitus liberatum fuisse. Demum, qui ut vita enituit per sancta, & in uiolata: sic postquam ea excessit, probatum fuit, ipsum miraculis claruisse: atque eadē causa duo Tarragonensis Concilia, ut in sanctorum numero referretur, à summis Pont. postulasse. Quod tamē si concelebrium non fuit, aut in aliud tēpus fortè dilatū; scimus tamē Paulum III. Pont. nostris temporibus, anno M. D. XLII. Dominicanis fratribus Prouinciae Aragoniae Apostolica auctoritate permisisse, ut eundem ritu solenni colant. Ad eius igitur cohonestandas exequias, Reges, Regumque filios, & ingentem Principum, atq; procérum multitudinem, cum infinito populo conuenisse, liquidò constat. Iis autem laudatione, & pompa celebratis iustis, Alfonus & Regina, cum bona Regis gratia in Castellam reueterunt. Verū postquam Tolatum ingressus est Alfonus, iisdem, quibus antea Imperii, siue Regis Romanorum insignibus, & sigillis fuit vsus; atque eodē titulo, scita, decreta, ac edicta omnia edi, atque diuulgari mandauit. Indeq; à nonnullis putatum fuit, Tolitanam ciuitatē, ac Regnum, tanquā Regnorum caput, pro insigni habuisse Imperatorem in solio sedentē, sceptroq; & diademate decoratum. Quin & Italizæ, atq; Germanizæ Principib. suis electoribus scripsit idē, se, ius suum ad Imperiū obtinendum prosequuturum omnino, atq; sui electionē defensurū. Hæc vbi intellexit Pontifex, Archiepiscopo Hispalensi per literas mādauit, ut Alfonsum ab inani, & proterua, tātoq; indigna Rege iactatione auocaret: quod si faceret, cōcessurum se ei decumā Ecclesiasticorū reddituum Ca-

stellæ per sex annos bello Granatensi. Qua concesione Rex omnes in posterum Imperii cogitationes abiecit. Eodē tēpore, cūm Iacob⁹ exacta fermè iam ætate esset, vt Petro Princi⁹, quē vnicē p̄t omnibus filiis diligebat, firma, pacataq; omnia relinquere, solum ipsū, & Iacobū ex Iolāte legitimo matrimonio procreatos esse declarauit; reliquos verò excludi volens, promissum Teresiæ Vidauriæ matrimonium adimplere noluit. Cumque Pontificio iudicio illud, vt decimoquinto libro ostendimus legitimū, Iolante mortua, haberetur, atque sollicitantibus iisdem Iacobō & Petro ex Teresia filiis, decretum Regi Barcinone indiceretur; ab eo Rex suorum consilio habito, iustissimis, atque necessariis de causis, proque Reipub. bono, eundem Romanū Pont. appellauit; propterea quōd declaratis Teresiæ filiis legitimis, pernicioſissima sequi posset tot inter fratres discordia, vno quoque iusta, se, vxore natum existimante, ac Regna patris singulis oportere diuidi, reponſente: ex qua noua diuīſione, quam manifestissima, tristissimaq; ſequeretur rerum perturbatio, ac perinagna confuſio: Ideoque verendum eſſe, ne Petrus Princeps, Regnum iam renunciatus successor, populisque ei sacramento addicteſ, necem in vnumquēque iſpōrum machinaretur: aut fortasse, quōd conscientia Rex motus, nullum connubii ius cum Teresia reuera intercessisse inueniret, appellatione interposta, rem distulit. Ac insuper neq; rationem eius habuit, quod in testamenti tabulis, quas Mompellerii paucis ante annis, Iolante mortua, obſignauerat, quibus ſuceptos ex Teresia filios legitimos decernebat: niſi quod Teresiam, & eius filios, Exericana, & Aierbia ditionibus, aliisque op̄idis, Pontificis monitu, donans (vt libro ſequenti dicemus) de cætero Teresiæ in hoc morē gessit, quōd nullam ſibi amplius fœminam in matrimonium duxit. Posthæc Rex, Ilerdæ, vt promiferat, Catalanorum & Aragonensium Conuentus, ad medium ſacri ieiunii tempus indixit. Ad eos conuenerunt Tarraconensis, Gerundensis, Cesarauigstanus, & Barcinonensis Antiftites, & multi Regnorū proceres, ac Barones regiarū partium, cum Legatis ciuitatum Cælaraugustæ, Calatauibii, Turolii, Oſcæ, & Darocæ. Quōd Rex & Petrus conuenientes, ſe in ſumma arce collocaſunt: nouiſſimi venerunt Cardonensis, Emporitanus, & Pallatiensis Comites, cū Ferdinandō Sanctio, Artalo Luna, Petro Cornelio, & aliis horū partes ſecutis: qui ſe omnes ab ingressu urbis continuerunt, minimè ſe tutos à Rege & Petro eſſe putātes; ideoq; in Corbinum oppidulum ſuburbanum receperunt; ac neq; Regi fidē danti crediderunt. Miserunt autē Legatos ad Conuentum, Guillermo Castellauium, & Guillermum Ragiadellum, qui à Rege poſcerent, vt ante omnia restitueret Sanctio, omnia oppida, & pagos, quos ei Petrus abſtulerat. Quibus ſatisfecit Rex, faciſfragos appellans eos, propterea quōd, ſe promittente, & volente cum illis iure contendere, fide data, tandem Petrum prouocarint, & occupauerint quædā eius oppida, quæ Sanctius penes ſe retinebat; neq; restituerint: ex quo arbitris in conuentibus declarantibus, non eſſe legitimā illam procerum exceptionem: atq; illis contrā reclamatiibus, ſimulq; ſuperiorem quemuis iudicem appellantibus, conuentus perturbari ceperunt: ipſeq; Petrus Princeps cum parte exercitus urbe excessit, quod existimarit, Sanctiu prius inducias, ac fœdus rupiſſe; quin etiā damnum ſuis intuliffe; atque nullas ſecum inducias haberi ratas voluiffe. Vnde dimiſſis conuentibus, Rex etiam ſuo ac Petri nomine, Cardonensi indixit, vt factas cū eo, eiusq; ſociis inducias in posterum infectas haberet, ſimulq; Petro iuſſit, vt ſe in Aragoniam cum exercitu immitteret, Sanctium, & eius ſectatores proceres, vſq; ad internacionē omnium bello persecuturus: constituitq; vt Petrus Iordanus Pina cū parte exercitus in cōfinio vtriusq; Regni collocaretur, ad ſubitos exorientes motus reprimēdos. Ipſe verò Ilerdæ manēs, oppidorū cōcilia, & proceres, cū preſumto cuiq; numero militum ad præstitutā dī ſibi prēſtō eſſe imperauit, bellum contra Cardonensem, & Emporitanum Comites, ſed præcipue cōtra Sanctium filiū, atrox moturus. Neq; defuere interim nonnulli optimates, viriq; boni Ilerdenses, qui Regem à tam immani cōpro contra Sanctium, rationibus deducere conarentur: obiicientes, oportere quidē ad custodiā, & defenſionē Regnorū, Regum augeri potius, quā imminui filios, & ſtriptē Regiā dilatari; ipſosq; aliqua fortassis perfidia distractos, rursus in prīſtinā cōcordiā reducere. Nā ſi pater filios diſiungat, atq; tam horribili (quod abſit) exēplo, discordias inter eos ſeminet, quid aliud tandem fratres, quā commune in patrem odium concipient? Quid ipſo mortuo, iactum ſemē illud, niſi fratribum cādes, quālī malorum ſegetem effundet: Proinde desineret in ſe, non minus quā in ſuos ſequire, ac clementiam, qua ſemper in exteriores, etiam hostes, vſus eſſet, in domesticos exerceſeret: vt ex horum concordia, pax ſeſe in vniuersos diffunderet. Verumenim, Rex cūm tam exulcerato eſſet atimo in Sanctium, nihil ei optimatum confilia, neq; monita profuerunt: quin potius eō impēſius mādauit Petro, vt Sanctium, eiusq; ſectatorū oppida & pagos oppugnaret, cuncta diriperet, nemini-

neminique parceret: adeoq; celeriter huc illucq; discurreret, vt in obsidēdis arcibus, nequaquam diutius se vno in loco contineret; ne hostes expectare, sed eludere videretur. Cui etiā iniunxit, vt Mariam matrem Lupi Ferrentii, qui vnu erat ex coniunctissimis, atque amicissimis Sanctii, iuberet sese Cæsar Augustam recipere; eiusque oppidum Magallonem, apud Quæstorē Regium deponere. Misit quoque literas cum mādatis ad oppida, & ciuitates, vt Petrum, re frumentaria, commeatu, milite, & armis perinde, ac semet iuuarent: nec dici potest, quāto studio, & sollicitudine cœptum prosequi, atque Sanctum, aliosque vleisci cuperet. Nunquam enim ille hostes inuadens, tam animosè milites in eos cohortatus est, quām fratrem in fratrem pater concitauit; tametsi neque Petro calcaribus ad id esset opus, qui immani & crudeli odio in Sanctum vehementer exardebat. Vnde cū Sanctius cum paucis, castella, & arces suas muniturus reuiseret; resiſſet que Petrus illum in arcem Antilionem venturum, centum leuis armaturæ equites in infidiis collocauit; in quas Sanctius incidens, ab eisque elabens, sese in Pomarium, suum castellum proximum, aufugiens recepit. Quod protinus veniens cum exercitu Petrus ille obſedit. Vbi desperante Sanctio, vt refert Asclotius, ac neque qua elaberetur habente; ne tamen se Petro dederet: arma te, inquit armigero, armis meis, meaque defer insignia; atque admisso equo, per medios hostes irruerat, teque defende, quoad ipse habitu pastoris indutus illos eludam. Sed armigero irruente, ac statim capto, Sanctumque prodere coacto, tandem miser ille, qui nisi prohibuisset flumen Cinga, minimeque pedes fuisset, haud dubiè euafisset; ab inſequentiibus comprehensus fuit, & ad Petrum deduxit. Quem Petrus videre nolens, malensque fratris nece fœdari, quām haberi clemens in impium sui, atque communis patris perduelle, ac proditorem, derepente illius ore folliculo inuoluto, in Cingam demergi ipsum, atque omnino suffocari imperauit. Diuulgata nece, protinus sese Petro vniuersa Sanctii oppida & arces tradidere. Sed miserabile filii exitum, vbi intellexit Rex, vix est commemorandum, ac neq; credibile, nisi Rex ipse suis in Commentariis expressisset; ipsum non modò, ne doluisse quidē; quin potius mirè latatum fuisse, vsque adeò iusta superante ira, natura victa fuit, atque iniquissima, diutinaq; cōſpiratione filii, iustissimo quoque odio paternus præponderatus amor. Relictus tamē ex Sanctio fuit puer infans ex Aldoncia Vrrea vxore, Philippus Fernandius dictus, qui paternam hæreditatem redditam, atque restitutam postea adiit; ex eaque stirpe, Caſtrorum familia Regia & perillustris propagata fuit. Posthæc Rex, altero præcipuo conſpirationis capite abſciffo, ad alterū illicò exſcindēdum properauit: nempe ad Cardonēſem, & Emporitanum comites. Ii namque denū atque publicè Regē ad pugnā prouocarunt. Qua de cauſa, accepta à Petro, qui in Aragonia manferat, copiarum parte cum iis, quas Jacobus frater in Lampurdanensi comitatū ducebat, atque in obſessione Rochæ oppidi ad Emporitanum expectantis, ſe continebat, cuncta illius oppida & pagos depopulari cœpit, exiēſque Perpiniano copias Barcinone missas recepit, atque oppidum Calbugium obſeffurus venit, quod vi captum diripi, atque ſolo æquari imperauit. Deinde apellēte classicula Barcinone, cū altera parte exercitus arcē Rhodæ munitissimā, ad mare ſitā, quæ Emporitani erat, cœpit obſidere. At verò Comes in Caſtulonem oppidum pre-munitum, à marique ſemotum, vna cum Cardonēſi, & Berga ſe recepit. Ad quos protinus, Rege ire parāte, omnesq; neruos in hoc bellum intēdente, Comitum consiliū fuit, ne iratum, adeoq; male affectum Regē, contumacia in ſe magis irritarent: néve in eandē, quam Sanctius, pœnam incurrerent: quare ad ipsum vna omnes Rhodam venere; eique, cui innata ſemper fuit clementia, & benignitas in ſupplices, neque denegata vñquā ve-nia petentibus, liberè, ac fine pacto ſe dedidere: tātum orantes, vt Conuētus Ilerdæ Ca-talanis ſimul & Aragonenisbus indiceret, vt de omnibus controuersiis componendis, nulla amplius confeſſa facultate appellandi, ageretur. Id Regi placuit, atque ad conſequentem omnium sanctorum diem festum conuentus indixit. Admirabilis profecto, atque inuicta Regis patientia & magnanimitas; vt qui nullis procerum neque tergiuersationibus prouocatus, neque procrastinationib. offensus, tamen cum eisdem, non impetu & armis, ſed iure quidem contēdere, eiq; ſe ſubmittere honestius duxit, donec paulatim eos, de Alfonso nepote Petri filio, ſuccellore ad Regna declarando, in ſuam ſententiam pertraxit. Nam Ilerdæ conuenientes ipſi, & reliqui vtriusque Regni proceres, atque An-tiſtites, cum Valentinis, quos ſecum Rex habebat, tametsi de componendis controuerſiis plenē actum non fuit; conſenſere tamē, vt Alfonsus (quod ſummè Rex concupierat) ab Aragonenisbus, Catalanis, & Valentinis proceribus, ac etiam Ciuitatibus, legitimus hæres, & ad Regna ſucessor, auo & patre vita fundatis, haberetur; ad idque tenendum iu-reiurando ſe omnes obſtrinxerunt.

BERNARDINI GOMESII
MIEDIS, ARCHIDIACONI SAGVNTINI, DE
VITA ET REBUS GESTIS IACOBI PRIMI REGIS
Aragonum, cognomento expugnatoris.

L I B E R X X.



LFONSO Petri filio, ac nepote Regis, comuni Antistitum, procerum, que, ac ciuitatum conseniu (quod patri, auoq; maxime fuerat in opatis) ad Regna successore declarato, eique omnib. sacramento ad dictis, Rex Cardonensem, & alios eiusdem factionis proceres, quod supplices inuenisset, non amplius bello laceſſere, sed clementia, & benignitate, prosequi decreuit. Quamobrem dimissis comitiis, Ille da Barcinonem abiit; vt denuò illis conuocatis, ex æquo & bono controuersiæ omnes iudicarentur, atque in perpetuum dirimerentur. Verum quo die ingressus est ciuitatem, nuncius è Castella missus à præfecto Murciensi nunciavit Abenusephum Miramatolinum Maurusiorum Regem cum incredibili exercitu, quem ex vniuersa fere Africa coegerat, in Bæticam traieciſſe, atque vna cum Granatenſi milite, eam prouinciam vastare coepisse: ac non ei ſolum; fed toti Hispaniæ vniuersum, quod fuit olim, inuectum malum, minari. Quin eſſe, maritima etiam loca deserta præſidiis, & mediterranea armis, atque bellico apparatu omnia deſtituta: nec non abſentem Alfonſum Regem ab Hispania, cuiusque abſentia, procerum discordias ardentius inter ipſos, cum maxima Regiarum rerum despiciētia & diminutione, reuiuſcere; perturbataque cuncta eſſe, ac, ni occurratur oportunè, breui omnia ruitura funditus: propterea, quod ſubacta Bætica, certum eſſet utrumque omnino hostem quam primum in Murciense, & Valentiniū Regnum conuolaturum. Hæc Rex audiens, etſi non mediocriter contristatus fuit, iniqui ferens Alfonſi generi tam intempestiuam absentiam, vel potius ignauiam turpissimam, quæ ſola erat, domi forisq; ratiōrum malorum cauſa; minimè tamen deſpondit animum: fed licet affecta iam, atq; ingrauescente eſſet ætate, quæ mortales tardiores, atque in otium & quiete propensiōres reddit; tamen ad hoc ſufcipiendum bellum, quo uisus eſſet longe animosior & feruentior: ac vel ex eo, quod contra Sarracenos inibatur, ardentius quam pro ætate, ſe ad illud cōparauit, eiq; præ eſſe decreuit. nec mirū quidem; cum omnem ille ætatem à puero, in armis, atque exercitatione bellica contriuſſet; generofamque iram, quæ addit animum, in hostes ſemper exeruſſet; ac tales ſubinde ſenes eſſe ſoleant, quale cuiusque ſtudium in ſuperiore vita fuit. Vnde ad Murciensem præfectum respondit, ſe, aut illicò ad iſum venturum, aut quām citiſſimè Petrum Principem cum vniuersis copiis, ſubſidio ei missurum. Ipſe interim Alfonſum, vbi eſſet, per litteras grauiflmo increpauit; deque reditu ad ſuos, atque reparandis rebus vehementer admonuit. Quanquam quo nā ille abierit, quibusvè de cauſis motus, diſſicillimo, periculoflſimoque Reipub. tempore Regnum deſeruerit, nulla fit mentio, neque in historia Regis, neque alibi; quod ſciam, niſi quod, vt fama fuit, is, propter inſolentiā, ſuperbiā, & fastidium, Philippo fratri, ac procerib. Castellæ adeò fuerit infensus, vt eorum tentatam ſep̄e conſpirationem metuens, ſe in aliquam Regni partem, aut cœnobium abdiderit; quando abiens, tacitè Ferdinandō filio Regnum tradiderit, vt otiosus, & omni cura ſolutus, in Astrorum contemplatione, cui, vt diximus, apprimē fuerat à puero deditus, reliquam vitam tradiſceret. Ex quo Iacobus ad Ferdinandum nepotem, Alfonſi filium natu maiorem, qui Burgis agebat, legatum misit, vt eum ad ſuſcipiendam Regni contra Abenusephum deſenſionem adhortaretur: quantoq; maximo poſſet exercitu in Bæticam properaret: ſe enim per Murciense Regnum contra Granatenses, eius belli ſuſores, ſimulque auctores, bellum commoturum, vt de diuifo hōſte facilior eſſet victoria: quādoquidem multis antea diebus explorata habuiffet, tam Abenusephi, quām Granatenſis eius fautoris, ad occupandam Bæticam inita confilia, & machinationes, quibus ſe, modis omnibus occurſurum promiſit. Proinde bono eſſet animo, modo ea omnia præpararet. Sed interim tam repentina Abenusephi aduentus, atque Bæticī ſuſcipiendi belli cauſa ostendenda eſt; vt inde Sarracenorum amicitia & fides quām ſit Christianiſ habenda ſemper ſuſpecta, colligatur. Fuerat Abenusephus multò antea à Granatenſi

tensi Rege clam sollicitatus, ut breui, quantoque posset exercitu, in Bæticam traiceret; quod eam ipse, cum multis de causis, tum potissimum occasione absentiae Alfonsi Regis, facile esset occupaturus: ac non modo Bæticam, sed vniuersam Hispaniam suorum exemplo maiorum quam gloriosissime debellaturus. Esse enim Bæticam præter absentiam Regis omni quidem præsidio, & armis destitutam, ipsosque Regni proceres, & Regulos, non modò contra Regem coniurasse; sed inter se pugnare; neque cum Ferdinando filio primo nato adolescentulo tyrunculo satis consentire. Se quoque adfuturum ei cum exercitu equitum decem millium; peditum verò triginta millium, recepit. Quin etiam Aragonium Regem non esse extimescendum, tot domesticis suorum bellis implicatum; moturum enim se bellum in Murcienses, & Valentinos, ut venientem illum distineret; sicque interim facilius Bætica à Maurisiorum occuparetur. Ea libenter accipiens Abenusephus, atque tantæ laudis occasione gaudens, postquam Granatensis Legatis, se expeditionem suscepturnum dat fidem, meditari quoque cœpit, quo pacto melius imparatos Bæticos furtim, atque ex improviso adoriretur. Quare diuulgato bello, finxit, se illud habere cum potentissimo Maurisiorum Regulo, qui Cebtam urbem munitissimam, & maritimam Regni, è regione Granatensis positam occupaverat, sibique tributa negauerat. Quin & eodem quoque dolo, Legatos ad Iacobum misit, rogatum, ut eius recuperandæ vrbi gratia, ex nobilitate Aragonensi lectissimos quingentos leuis armaturæ equites ad se mitteret cum classe viginti nauium, offerens, se ducenta millia belantiorum Ceptinorum statim numeraturum; quo citius in armis illi essent, Maurisiamque appellerent. Quod si obfessio ultra annum protraheretur, modo capta vrbs esset, missurum ad Regem bissantium quinquaginta millia, atque ipsos etiam equites, non solum conduplicato stipendio, sed equis, armis, atque preciosissima quaquere oneratos, in Hispaniam remissurum. Præuiderat enim Abenusephus Iacobum, absente Alfonsi, curam totius defendendæ rei, vna cum belli mole, esse suscepturnum; ideoque amicitia nomine, classem, & equites ab eo petierat, ut iis præoccupatis, Iacobi vites ad Alfonsum iuuandum extenuerat. Vnde patefacto dolo, quem Granatensis machinatus fuerat, Iacobus protinus Legatos Abenusephi, nullo dato responso, toto iussit Regno excedere. Eare intellecta, Granatensis veritus, ne commoto bello, clausoque induciarum die, quas cum Malacitano, & Guadicensi præfectis, sibique aduersariis Alfonsus fecerat, bellum, fauentibus ipsis, contrasse suscitaret, cum eisdem præfectis communicato aduentu Abenusephi, pacem iniit, eisque persuasit, ut tanto freti auxilio, omnes simul cum bellum Alfonsi inferrent; tum Iacobo, si veniret subsidio, tot auxiliariis muniti copiis resisterent. Quibus in sententiam perdutis, litteras ad Abenusephum dedit, rogans maturaret aduentum, daturum se illico Algeziram, & Tarifam, Bæticæ oppida munitissima, portui, in quem esset descensurus, proxima: nunciauit præterea, Alfonsum absentem, neque venire, neque expectari; resque bellicas deteriori quam vñquam in statu apud Bæticos esse; Iacobique auxilium, Catalanis nouas res molientibus, indies tardius fieri. Itaq; nihil moratus Abenusephus Herculeum fretum transmisit, atque Algeziram, & Tarifam promissa oppida cepit, tanto cum exercitu, ut, sicuti Castellana refert historia, equitum leuis armaturæ decem & septem millium fuerit, peditum verò prope infinitus. venitque Abenusephus, relicto exercitu Algeziræ, cum paucis Malacam, ut eius, atque Guadicensis præfectorum, initam cum Granata Rege concordiam confirmaret. Inde prouinciam inter se diuidentes; Abenusephus versus Hispalim, & eius confinia, Granatenses in Gienenses, & eorum propinqua loca, aciem direxerunt: conuenientes in hoc maxime, ut si Iacobus Murciensisibus subsidio veniret, Granatensis cū præfectis, eius propulsandi partes susciperet. Sed antequam exercitus diuidoretur, in prouincia immisssi simul, agros, & vniuersos pagos misere depopulare, atque vastare cuncta cœperunt. Agebat tunc Cordubæ præfectus Nunnus Goncalus Lata, qui vt primum Abenusephus portum tenuit, Ferdinandum Principem, Burgis consistentem, de repentina illius aduentu, cum innumerabili exercitu, certiorem fecit; tantaq; Maurisiorum multitudine circunfundit Bæticam, ab eisque vniuersam vastari; ut ni protinus accurreret, deleri omnia necesse esset. Quamobrem Ferdinandus turbatus, tametsi Iacobi autē litteris & auxilio recreatus, conuocatis totius Regni proceribus, ac conscripto exercitu, Sanctum fratrem cum mediocribus copiis, & magna parte procerum, Cordubam in subsidium Nunnii misit; ipse verò paulò post cum pari exercitu secutus est illum. Sed antequam Sanctius Cordubam venisset, Nunnus tumultuario collecto exercitu, sciens Abenusephum Astigim urbem (nunc Eciia) petere, sese prius in eam immisit,

& cum magno, & excelsa animo esset, non passus, se intra oppidum contineri, hostes aperto in campo, licet numero superiores, aggredi est ausus. Consertis ergo manibus, usque adeo à Nunnianis viriliter pugnatum est, ut diu fuerit prælium anceps: sed multitudine Abenusepho superante, Nunnius, & cum eo ducenti quinquaginta equites; peditū quatuor millia simul occubuerunt: ac neque unus superfuisset, qui tantam renunciasset cladem, ni propinquum oppidum superstites fugientes receperisset. Quod die, si Abenusephus suos à præda cohibuisset, ac victoriam prosecutus fuisset: haud dubium, quin tota etiam prouincia in eius ditionem venisset. Sed timor de Ferdinandi, & multorum procerum aduentu, atque à suis accepta plaga, à longis eum excursionibus repressit. Interea Sanctius Iacobi filius Archiepiscopus Toletanus, de quo ante di-
ximus, suis quidem sumptibus, magnam militum manum ex Turdetanis coegerit, atque vna cum equitatu Toleti, Madritii, Guadalaiaræ, & Talaueræ, quæ insignia sunt Archiepiscopatus oppida, conscripto, inscius proximæ Larensis Cladis, versus Giennen-
sem urbem fuit profectus: in quam etiam venerat Lupus Diazius Pharensis; sicque de-
liberatum, ut expectatis sociis, simul adorirentur hostes. Verum Archiepiscopus Marto-
ni cuiusdam Vclensis ordinis adulationibus irretitus, afferentis Lupum paucos deferre secum, ac neque esse expectandum, neque amittendam occasionem, qua solus sine
Lupo gloriosam reportare victoriam de hostibus posset, qui magna facta præda, nō lon-
ge sparsi, ac turbato ordine incedebant; consilium laudauit, statimque, minimè vocatis
exercitus primoribus, sed reliquis, se sequi iussis, ad hostes præcepis, tantaque contentio-
ne properauit, ut ne expectatis quidem suis, prælium commiserit. At sarraceni paucos il-
los esse, ac turbato venire ordine seque multitudine superare, videntes, in eos impetum
clamore solito fecerunt, ac circumactos vndique, breuitam miserè deuicerunt; vt ne
quidem ex eis euaserit quispiam, quin aut mortuus, aut captus fuerit vna cum ipso Ar-
chiepiscopo. Eo capto, subitus in castris sarracenorum tumultus exortus est, & com-
mota seditio, diuisio in duas partes exercitu, quæ de Archiepiscopo contendebant, vtra
eum duceret captiuum, Granatenses ne, à quibus captus ille fuit; an Maurusi, qui potio-
res in exercitu erant; cumque ex contentione, vt sèpè fit ad arma iam esset concilamatu,
Præfectus Malacitanus, animaduersa seditione, quæ omnino in communè totius exer-
citus ruinam vertebatur, iratus ad Archiepiscopum accessit, ipsumque telo punico, per-
follo humero, occidit; Absit, inquiens, vt pro uno cane tot strenui militares Duces occu-
bant; simulque abscisso ceruicib. capite, & manu dextra, qua Pontificios annulos gesta-
bat, direptis castris, cum victoria & opima præda abierunt. Hac ipsa tempestate Ferdi-
nandus Princeps, qui Burgis cum exercitu in Bæticam pergebat, audiens Nuniū Laræ
& Archiepiscopum auunculum, cum omnibus copiis, in prælio occubuisse, oppidū Vil-
læregalis in itinere ingressus est, sequentem expectaturus exercitum, ubi febris correptus,
tandem in ipso iuuentutis flore, atque iniquissimo Reipub. tempore, vita excessit, Alfon-
sum filiū paruulum succesorem Regni testamento relinquens. Verū Sanctius Ferdinandi
frater germanus, iuuenis strenuus, ac bellicosus, successionē ad se pertinere ratus, Re-
gnū occupauit, seque pro Rege gessit: ac conuocatis Regni primoribus, præsidia cū 40
præfectis, in omnes Bæticæ vrbes, & munitiora oppida misit: ipse verò Hispalim venit,
vt Regnum sibi stabiliret. Nam Alfonsus pater absens, tunc vel obierat, vel ut dictum est,
aliqua de causa Regno exulabat; ex quo eius filii liberè de successione decernebant. At
verò Jacobus, auditis prosperis Abenusephi excursionibus, quibus adiuncto Granatensi
exercitu, bis Castellanorum copias cum magna eorum strage fudisset; ac Sanctum filiū
crudeliter interemisset, & Ferdinandum nepotē vita excessisse, remque omnem prorsus
iri perditum, Petro Princi pi iniunxit, vt protinus cum expedito exercitu mille equitum,
& peditum quinque millium, quem Valentia paratum habebat, magnis itineribus
in Murcienses contenderet, Castellanisque subsidio esset; atque, vt hostes distineret,
Granatensis bellum inferset. Inde discedens Petrus Murciam venit, ubi aucto exerci-
tu iis, qui in præsiidiis erant, Granatense ingressus Regnum, cuncta, in Almeriensi præser-
tim, & Malacitano agro, ferro, flammaque vastare cœpit. Tunc Granata Rex, & Præfe-
cti copias suas, quas ad Abenusephum miserant, redire ad se iusserunt, vt Petro obuiam
irent. A quibus subito destitui se videns Abenusephus, atq; intelligens, Sanctum Princi-
pem classem mari parare, vt Maurusios traiicientes interciperet, & auxilia impediret, di-
missis excursionibus, cum omni exercitu Algaziram regressus fuit. Interea Jacobus de
interitu Sancti Archiepiscopi filii charissimi valde dolens, magisque in Abenuse-
phum commotus, nouas quotidie copias cogere, atque expeditionem, se duce, contra
sarracenos suscipere promulgauit; quod animaduerteret, Alfonso absente, Castellani-
tam ma-

tam male rem gerentibus, non modo Bæticæ, sed totius Hispaniæ, propugnationis curam ad se unum deferri: esseque non modo perutile Regnis, sed per quam honorificum & gloriosum, vniuersæ Hispaniæ libertatis, se vindicem, ac custodem fieri. Quid enim sibi profuisse, aiebat, tot, tantasque de sarracenis, superiore viræ tempore victorias reportasse; per easque sacrosanctam Christi fidem & religionem feliciter tot in locis propagasse; nisiugi, ac sacro quoque in eos bello, parta sustentaret? nisi etiam pro augenda, promouendaque religione, vitam libenter profunderet? Quibus de causis, ac ne in ultimum relinqueret Archiepiscopi interitum, quem acerbissime tulerat; animosus, quam credi potest, sese ad expeditionem præparauit; simulque literas cum mandatis dedit, ad vniuersos proceres, & ciuitates suorum Regnum, auxilium implorans; sibique ad tam necessariam expeditionem, è qua totius Hispaniæ salus, & propugnatio pendebat, cum omni re adessent; deprecans, atque obnoxie rogans, ad proximum Resurrectionis Dominicæ diem festum Valentiam conuenirent. Per id tempus Cæsarauguste magnus inter ciues tumultus subito exortus est, & ad arma clamatum, atque tantus furor populi in Magistratus concitatus, ut in concurrentes ad tumultus sedandos cum fascibus & lictoribus eonfusiles ciuitatis, indicta causa, manus iniecit & fuerint a coniuratis, & Aegidius Tarinus primus Consul enecatus. Quod, ut primum Regi innotuit, protinus Iustitiæ Aragonum Praefecto mandauit, ut quam acerbissime in delinquentes animaduerteret: è quibus ille quotquot potuit comprehendere, capitibus suppicio damnauit. Similis quoque Valentia exorta est seditione inter populares: atque ut neque prioris, sic neque huius villa inuenta causa, præter futorem, & exoptatam populi licentiam; fuit enim cum magistratibus urbis pessime actum, ipsis urbe pulsis, eorumque dominibus euersis; auctore quodam Michaele Perezio, magni apud populares nominis. De quibus factus Rex certior, Dertosa Regnum ingressus, duce Petro Fernando filio, persecutus est latrunculos illos, atque vniuersos cum eorum duce Perezio, breui urbe, ac toto Regno expulit. Eo tempore concurserunt plerique proceres ad bellum Granatense à Rege conuocati; quibus iussu Regis publicè fuit factum hospitium. Cæterum dum Abenusephi, & Granatensis Regum res prosperæ in Bætica erant; nonnulli Sarraceni Valentini Regni, à Granatensibus sollicitati; quod nullum vñquam tempus opportunius ad conspirandum habituri essent, coniuratione facta cum Granatensibus, castella, & arces, quæ ab ipsis concessione Regia tenebatur, munire quidem, atque à Christianorum Imperio deficere cœperunt. Id autem Abenusephi & Granatensis industria factum fuisse creditur: cum habuerint compertum, nisi impedito, atque domesticis implicato bellis Iacobo, se, numquam Bætica potituros; ac vel eo maximè, quod initio conspiracys, protinus ex Maurusii simul & Granatensibus nonnullæ equitum turmæ confluxerint, quibus indies Valentinorum conspiratio augebatur; ac passim Christiani iter facientes diripiebantur. Sarracenorum præterea unus, nomine Habraimus, instaurare, munire que cœpit arcem Serrafinestram dictam, quā paulo ante Rex, tanquam nouis eiusmodi rebus moliendis opportunam, euerti iussereat. Primi igitur ex omnibus, qui conspirabant, fuere populi Tousenses, atque Alcalanæ, Gallineræ, & Peguanæ, conuallium; tum & Guadalestani, Confridenses, & Finestratienses, antequam ad eos auxiliarii è Granata equites venissent. Post eorum autem aduentum, paulo honestiore de causa conspirarunt Montesani, & Valladenses, cum aliis nonnullis proximis Setabi populis; serpebatque malum indies: quoniā Granatenses nouas quotidie copias, arma, & pecunias Valentinis clam suppeditabant; ob quam causam Rex, qui Valentiam venerat, conuocatis primoribus Aragoniæ, Cataloniæ, & Valentia, præparatoque commeatu, & armamentis, bellum rebellibus indixit; nec non Principem Petrum accersi voluit, qui paulo ante, dimissis præsidiis apud Murcianenses, in Catalonia reuersus, bellum cum Emporitano gerebat. Hic Emporitanus, non obstante eo bello, relictis suis oppidis milite & armis munitis, cum magna manu militum Valentiam venit, Regi non modo opem latus, sed de controvensiis, quas habebat cum Petro asturus; fuitque propterea Regi usque adeò gratus eius aduentus, ut illico in Catalonia edici Rex iussit, ne quispiam Petrum in eo bello contra Emporitanum sequeretur: neque damni quippiam illius agris, & populis inferret: qui secùs ficeret, capite plecteretur. Itaque magno coacto exercitu, atque ab urbe egredi decernente Rege, ut in rebelles excurseret, plerique ex iis de reconciliatione egerunt. Horum primi fuere Montesani, & Valladenses cum aliis propinquis populis, quibus hoc ipso promissa fuit impunitas, quod statim resipuerunt: quodque non antea rebellarunt, quam Granatenses, & Maurusii equites Regnum ingressi sunt; quasi tum fuerit iustior rebellionis

occasio. Verum aliis, qui antea conspirauere, nempe Tousensibus, Alcalanis, Gallinernis, & aliis quorum supra mentio facta est, non modo negari veniam, sed atrocissimum inferri bellum imperavit. Vnde Valentia profectus, Algeziram venit, ubi intellexit, Tousenses arcem muniuisse, seque in eam propugnandi causa recepisse: ad quos missi centurione cum cohorte militum, ut dederent se Regi, cuius tam nota erat benignitas, atque resipiscentibus ad parcendum procliuitas; illi freti quidem auxilio Alazadri, qui Regno fuerat in exilium pulsus, actunc, cum Granatensibus reuersus, quemque iamiam auxilio sibi ad futurum sperabant, responderunt, se non alium, quam Granatensem, & Abeniusphum Reges tanquam veros dominos habere; Iacobum quidem virum bonum, non tamen sarracenorum proprium, ac verum Regem esse. Igitur reuersus Centurio, renunciato responso, adiecit, se non arcis munitione, sed auxiliarium accursu impeditum abstinuisse ab illius oppugnatione. Tum Rex Algezira Setabim venit, ut praesidiarios milites, qui per arces & Castella distributi erant, sua praesentia recrearet, eisque animum adderet. Inde vero partem equitatus Alcodium, & Cocentaniam insignia Contestaniæ oppida misit, ut subsidio illis essent contra ducetos quinquaginta leuis armaturæ equites Granatenses, quos ad oppugnandum Alcodium venisse intellexerat. Nec mora, insidiis non longè ab oppido collocatis, duce Alazadraco, oppidum oppugnare ausi, cum graui iactura repulsi sunt, atque eorum strenuus dux Alazadracus sagittæ istu interemptus: qui tamen non diu inultus relictus est. nam sarracenis abeuntibus, atque cum eiulatu maximo humeris cadauer efferentibus, Alcodiani elati victoria ex oppido proruperunt, illosque imprudenter, ac turbato ordine in sequentes in eorum insidiis inciderunt, à quibus ferè omnes trucidati sunt. Magna igitur surgente fama de tam aduerso Alcodianoru successu, arte & industria Granatensium consecuto, animosiores effecti sarraceni, castella & arces Christianorum aliquot oppugnare tentauerunt. Cum igitur indies malum ingrauesceret, ac cresceret conspiratio, Rex in urbem reuersus, denuò proceres, qui iure beneficiario illum in eo sequi bello, atque in praesidiis esse tenebantur, conuocari iussit. Quorum primi conuenere, Garcias Orti, zius Assagra Albarrazini dominus, tum & Promagister Templariorum (quem Asclotius in sua historia, Petrum Moncadam fuisse asserit) cum nonnullis cohortibus, ubi cum intellexissent venisse sarracenorum mille pedites in campu Lyriæ, decimo ab urbe millio, ut excursiones in occurrentes pagos facerent; protinus Templarius, & Garcias, sumptis centum & viginti equitibus, ad eos urbe exierunt: quos tam strenue ac fortiter aggressi sunt, viriliterque cum eis dimicarunt, ut ex ipsis ducentos & quinquaginta occiderint, reliquos, paucis captis, ad vnum profligauerint; uno tantum armigero ex nostris desiderato, & quinque equis occisis. Interim Rege Setabim reuertente, auditum est plures sarracenos equites praeterisse proximam Albaidensem vallem, ireque subsidio Beniopatis, quos numero duorum millium Petrus Ferdinandus Regis filius obfessos tenebat. Verum Ferdinandus cum esset excelsa animo, atque viribus, & paterna magnanimitate praestaret, hostes tanta celeritate præuenit, ut planè ante quam Beniopani munire possent arcem, atque subsidiarios recipere, arcem ipsam expugnauerit, opidum intrauerit, cunctosque internecione deleuerit. Vnde equites, qui subsidio venerant, de expugnatione facti certiores, in Lucentum Christianorum oppidum deflectentes, illud ceperunt, ac diripuerunt. Tum Rex qui Algezira Setabim venerat, ira commotus, quanquam effecto iam esset ob senectutem corpore, viribusque deficientibus, prægraui quodam morbo, è quo vix adhuc conualuerat; tamen hostes insequi decreuit cum equestribus simul & pedestribus copiis, quas secum habebat. Sed Hospitalario promagistro, & Ortizio, ac etiam Oscensi Episcopo, impense illum obsecrantibus, ne urbe exiret, tot, tantisque fractus laboribus, atque recenti ægritudine conflictatus; neu in manus desperatorum hostium se dederet, totiusque Regni salutem cum propria amitteret; tamen illius cursum retardare non potuerunt. Cumque iterum reluctantem illum repremerent, ac se in hostes inuolaturos promitterent, si domi se contineret, sin aliter, ipsum deserturos affirmarent; se, vel solum illos aggressurum, dicebat: quoad tandem, tum medicis nouum quoque morbum ex tam æstuosa via, & canicula tempore, prænunciantibus: tum Theologis, & Antistitibus, ni tam euidens vitæ discrimen effugeret, æternas pœnas comminantibus; tum demum reliquis religiosis viris cum vniuerso populo collachrymantibus, atque ipsius conatum impedire nitenibus, in urbe moestus, atque sollicitus remansit. Illi vero turbato ordine, nimioque fatigati calore & æstu, Lucentum peruererunt. Quibus occurrentes hostes, visi sunt numerum quingentorum equitum, & trium millium peditum, satis bene extructorum explere.

explere. In quos subito irruentes nostri, tametsi diu anceps pugna fuit, tamen augescente hostium numero & multitudine, ex concurrentibus vndique sarracenis, vieti, fugatique fuerunt, mortuo Ortizio, & filio Bernardi Entensae, cum maiori parte equitatus. Tam ingens etiam afflixit clades Setabitanos, qui, vt continerent Regem, similiter incaute, ac turbato quoque ordine ex oppido in hostes irruperunt, vt, referente Marsilio, prouerbio fuerit trito vulgatum Setabitanis, Martis infastus ille dies. Fuereque in eo prælio capti, cum multi equites pernobiles, tum Hospitales promagister, qui in arcem Biarii, quæ tum fuerat auxilio Granatenium equitum ab oppidanis recuperata, in custodia missus: tametsi protinus a sarraceno trax fuga, qui multo tempore sub Rege militauerat, mireq; colebat promagistrum, liberatus fuit; ac paulo post, mortuo Rege, ad Perrum Principem reuersus. Igitur tantæ cladi auditio nuncio vehementer conturbatus Rex fuit, eoque grauius rem tulit, quod rescivit suos, neque seruato ordine, neque coniunctis viribus, neque satis exploratis hostium consiliis, in eos irruisse. Itaque paucis post diebus Petrus Princeps cum nonnullis proceribus ad Regem venit, cui illico exercitum Rex tradidit, vt in præsidia arcium, & oppidorum, maximè vero Murciensi Regno confinium, distribueret: quandoquidem, aut quia Abenius sephus in Algeziram, ut diximus, redierat, aut quia Castellani sese iam contra Abenius sephum exercerant, & Granatenses oppreserant, euanuere equites illi exteri, qui Regnum infestabant. Sed angore animi, agitationeque corporis conflictatus Rex in morbum incidit grauissimum, à medicis multò ante denunciatum. Quamobrem Setabi, quam ille urbem magnopere coluit, profectus, venit Algeziram; vbi, ingrauescente morbo, peccata sua meditatus, profusis lachrymis, intimoque animi affectu dolens, Antistiti ac religiosis viris aperuit; moxque sacrosanctum Christi corpus sumpsit. Sed medicis, post multa adhibita remedia, omnino de ipsius vita desperantibus, Petrum accersi iussit, cuius aduentu, & præsentia non mediocriter recreatus, in sequenti die, sacro religiosissime audito, præsentibus Antistitibus, &c, qui tum aderant, Regnorum proceribus, ipsum cum primis admonuit, vt animo, atque oculis perpendet, summa & immensa beneficia, quæ diuina bonitas sibi Regi tota vitæ periodo contulisset: cum & sexaginta, ac eo plus, annos regnauisset; & nullas non ex hostibus victorias cum summa Christi laude reportasset: maiores sanè se reportaturum speraret, si tria potissimum semper secum animo versaret; Primum, si Deum tota mente timeret; eique se, suaque omnia toto pectore commendaret. Alterum, si populos in officio & concordia contineret, ex quibus Regnorum non modo in columbitas sequitur, sed incrementum & amplificatio: huc enim Regum tota refertur felicitas. Tertium, si fraternalum concordiae vinculum cum Iacobo veterino fratre retineret. Iccirco enim ei secundo loco Balearicum Regnum cum adiacentibus Insulis, atque Mompellerensem & Perpinianensem ditiones suis Regnis propinquas, se contribuisse vt fraternalis iunctus viribus, non modo omnibus terrori esse ambo, sed concordibus inter se animis, maiora moliri, ac totam Lybianoram debellare possent. Adiecit deinde, nihil fore, neque Christo acceptius, neque sibi gratius, neque Regno, & Regibus tutius, quam sarracenos cunctos è Regno expellere: quod idem usq; adeò natura impii, ac Christianorum perpetui & intestini hostes sint; vt nulla vñquam cum Christianis deuinciri pace possint: ac neque precibus, neque humanitate flecti, vt in Christum dominum animo firmo, atque fideli sint; sed infido, & ab eo semper auerso. Adhæc Oscensem Episcopum, quem à puero domi aluerat, & tanquam moribus, ingenio, & consilio præstantem, magnum Regni Cancellarium constituerat, necnon Sacristam Ilerdensem, eius fratrem, & Vgonem Mataplanium Archidiaconum Virgitanum, viros consilii Regii probatissimos, ac fidelissimos, eidem plurimum commendatos haberi voluit, vna cum antiquis Aulæ Regiæ alumnis, quos reliquis omnibus præferri iussit. Demum cauens omnino, si eo moco decederet, ne extra Regnum efferratur, ne scilicet eius cohonestâdi funeris causa, Petrus Princeps bellum intermitteret; sive, eo absente, augendæ conspirationis noua daretur occasio statuit, vt si mors ipsum Algeziræ occuparet, in Aede Virginis, quam ipse ibi ex ædificari curauet: si Valentia, in templo maximo, cadauer deponeretur, quoad finito bello, in cœnobium Populetanum deferretur. Hæc cum dixisset, ab humanis rebus omnibus se abdicare volens, Regnum liberè absoluteque Petro concessit: ipse vero monachalem vestem Cisterciensis ordinis suscepit, animo abeundi in cœnobium, ibique, & profitendi religionem, & quod reliquum esset vitæ, Deo, atque cœlestium contemplationi impendendi. Itaque Petrus, vt patri morem gereret, ad extrema Regni versus Murcienses perrexit; Rex vero Valentiam progressus fuit, quod simulac peruenit, testamentum obsignatum Episcopo

Valentino, postquam ille vita functus esset resignandum, tradidit. Sed ex vi morbi, cùm iam vox, viresque deficerent, se totum Christo & Virgini matri commédans, ac cœlestia suspiciens, vitam Deo reddidit, vii. Idus Iulii, anno Christianæ salutis M. cc. lxxvi, ætatis verò suæ lxviii. cui iusta & exequiæ mediocri pompa, & ceremoniis redditæ fuere, ob Petri & Iacobi, aliorumque filiorum absentiam: nullus quippe ex eis obeunti patriad fuit, sed exemplo Petri vniuersisque abiit in præsidia. Cadauer autem in templo maximo deponi iuslum est, quoad Populetum cum magna pompa, Regioque more deferretur. Eo mortuo, fuere illico recitatæ tabulæ testamenti, quod ipse Mompellertii, ad vii. Calendas Septembres fecerat ante annos quatuor, suaque manu & sigillo obsignauerat. In quo donationes, Regnorumque diuisiones, Petro & Iacobo legitimis ex Iolante tanquam iusta vxore filiis factas, approbauit. Iacobum & Petrum ex Teresia Vidauria filios ante Iolantem suscepitos, eodem testamento legitimos declarauit; quorum natu maiore, Exericano oppido & arce, cum vniuersa eius ditione ac territorio in Valentino Regno; minorem verò, Aierbio oppido cum eius quoque arce, aliisque oppidis in Aragonum Regno donauit: ea conditione, ut alterutri sine liberis decedenti superstes succederet, vtroque autem orbato liberis, amborum oppida, arces, & ditiones, Regno adiungerentur: necnon Petro, & Iacobo prioribus, sine filiis decedentibus, illos ad Regna vocari, atque omnino fœminis, etiam ex Iolante natis, præferri voluit. Tametsi post conditum testamentum, Teresiæ matrimonium, vt antecedentib[us] libro diximus, grauissimis de causis irritum habuerit. Alios etiam filios non iusta uxore natos suscepit, Fernandum Sanctum ex Antilionia, misere in profluentem proiectum, qui domo vna cum ditione Castrensi in Aragonia fuerat à Rege donatus, ab eaque eius filius Philippus Fernandus, & successores nuncupati. Tum & Sanctum Archiepiscopum Toletanum: ultimum, Petrum Fernandum ex nobilissima Aragonensi fœmina Berengaria Fernandia dicta, altera scilicet, ab illa Berengaria Alfonsi domini Molinæ filia, quam Rex et si habuit charissimam, nullos tamen ex ea filios procreauit. Fuit autem Ferdinando ditio, sive Baronia Yxatensis in Regno Aragoniæ cōdonata, ab eaque ipse, eiusq[ue] hucusque Regio conseruato stemmate, hæredes ac successores Belcitano post aucti Comitatu, denominati. Item filias quatuor ex Iolante habuit, quartū natu maxima Alfonso Castellæ Reginupsit; altera Constantia, Manuela ipsius Alfonsi fratri germano: tertia Isabella, 30 Philippo Regi Galliæ, quarta Maria, quæ religionis septa est ingressa. Quarum filios, prioribus quatuor natis prole parentibus, ad successionem vocari voluit. Denique omnibus modis prohibuit, ne villo vñquam tempore fœmina in Regna succederet. Vnde colligitur, annumeratis fœminis, ac etiam Alfonso primo nato ex Leonora priore uxore, Regem tredecim progenuisse filios, qui penè omnes, non modo Regnis amplissime ditionibus ab eo dicti fuere: sed generosissimo eius cum sati sanguine, tum exemplo, atque virtutibus imbuti, tanto quidem progenitore digni euasere. Cuius planè herois animum tot stipatum benefactis, totque pietatis, ac religionis defundū muneribus, sicuti ex corporis vinculis, tanquam ex carcere euolantem, cœlestis (vt credi par est) exceptit gloria: ita dimissam quoque vitam inclytam, vniuersum memoria, in qua 40 est vita mortuorum, retinebit in omne æuum semper eternam: cum ali quidem hæc possit, sustentarique quam facillimè, tot, tantarumque admiratione, atq[ue] contemplatione virtutum, quot, quantasq[ue] ex præclarissimis ipsiusmet Regis factis nunc erit colligere. Quæ obrem vt extrellum iam habeat historia, & aliquando peroremus, atque vniuersis deum Regibus, dominisque terrarum, qui Reipub. ac summis præsunt Imperiis, non magni modo Principis, ac Imperatoris; sed etiam optimi, personæque viri imaginem, tanquam in speculo contemplandam, imitandamque proponamus, heroicæ ipsius facta, ac præcipuas, quibus eximiè præstítit, virtutes breuiter in hanc summam referemus. Pictatem enim ac religionem, quæ omnium sunt fundamenta virtutum, si in primis intueamur, habemus quidem contestatas ipsas, non solum singulari illius studio, quo serotum defendendæ religioni dedidit: sed confirmatas etiam exædificatione bis mille templorum, quæ in expugnatis à se sarracenorum Regnis erigi, exorbarique curauit. Si magnitudinem spectemus; ab ipsa prope infantia Regiæ maiestatis personam, cum Imperatoria belli administratione grauissimè sustinuit. Si consilium in decernendo, nemo ipso attentius alienum adhibuit: proprii autem exitus nullius extitit felicior. Si prudentiam; ex tam consideratis eius actionibus, ac æquabilitate vniuersæ vitæ, summam in eo fuisse deprehendimus. Si Reipub. administrationem; quie leges cōposuit, scita fanciuit, ac iussa populis descripsit, à consentanea rationi ac legibus administratione discedere, qui potuit? Si vero prouidentiam, summamque in bello diligentiam perpendamus:

quam.

quamquam mirè quidem incredibilem in præueniendo hoste celeritatem suspicimus, minime tamen maturitatem in deliberando desideramus. Quod si de admirabili illius temperatione, figura, & sanitate corporis agamus; nemo ipso inuentus est, suis in Regnis, neque statura procerior, neque habitudine præstantior, neque membrorum robore firmiter, non denique valentior, sanior, atq; speciosior. Oris enim venustate alliciebat cunctos, maiestate conterrebat, comitate verò & affabilitate deuinciebat: eaq; insuper salubritate fruebatur, vt vitam prope indolentem transegerit: agrotasse siquidem nunquam, nisi appropinquante obitu, visus fuit. Quin tanta etiam modestia, & reperantia prædictus erat, vt Regum nullus in cibo & potu fuerit illo parcior; nullus in voluptates delapsus temperantior; atque in dictorum simul & factorum moderatione nullus circumspectior. Adhæc, si ad fortitudinem, & armorū tractationem, ynde expugnatoris cognomentum adeptus est, deueniamus; quem triginta contra sarracenos præliis interfuisse, præfuisse, ac viciisse comperimus, num clarissimæ fortitudinis, reliquarumve virtutum bellicarum expertem iudicabimus? Aut eum etiam, qui nihil non magnum aggressus est, ac neque vñquam ab incepto destitit, sed voti semper compos euasit, inconstantem dicemus? Verum neque à clemente seiungemus, propterea quod in vnum dumtaxat impium, asotum, & conspirantem filium, iuste se præbuit acerbum; cùm in reliquos omnino homines, & populos, præsertim supplices, semper mansuetus fuerit, ac perbenignus. Iis adde humanitatem, qua virtute excelluit tantoperè, vt nunquam insolens ac superbus; sed omnibus facilis ac indulgens, atq; cum grauitate semper extiterit humanissimus. Iam vero liberitas & magnificencia debitæ Regibus virtutes, ab eo ne abesse poterat, qui nihil ferè sibi in expugnationibus retinuit, omnia diuisit, cunctos locupletauit? Patientiam, cùm vbi oportuit, semper habuit; tum incredibilem cum Sanctio & Ferdinando patruis, perpetuus suis æmulis, atque insidiatoribus sustinuit. At, si veram eius in amicos fidem, constantiamque promissorum in hostes, consideremus; eximia in virtusque, pluraque, tum officia, tum grati animi beneficia contulit. Ac si iustitiam & misericordiā præcipias principum virtutes, adiungamus; utramq; sic coluit, vt per eas, nullus neq; magis amandus, neq; magis timendus Rex fuerit: ex quibus maior illum, quam quemquam Regum consecuta fuit felicitas; cùm & annis plus sexaginta regnauerit; & posteris non modo duplo maiora quā acceperat, pacata Regna reliquerit: sed ea etiā quē postea apud exteris gētes, & terras vltimas, ab eisdē adepta sunt, illi vni accepta ipsi referre debuerint. Totius.n. Hispaniæs Imperii fundamenta posuisse illū, cùm ex historiis, Regumq; Annalibus compertum est, tum in ipsa operis præfatione satis superque à nobis probatum. Quod si tandem non minor est virtus, quam querere, parta tueri, quid nobis, quæ so, felicius? quid illi etiā gloriōsius? quam, ne vnum quidem palmum, quod dici solet, terræ, quam semel cepit, atque in ea pedem posuit, amississe vñquam? quin immò suis successoribus Regna usque adeo fixa tradidisse; vt ea, diuino munere, post tot sæcula, in hunc usq; diem, tanquā sarta tecta, & summa cum religione Christi firmata, & magna cum Regum gloria conseruata videamus?

L A V S D E O.

Tomus III.


Bbb

Anno MDCA

ARAGONENSIVM
RERVM COMMENTARII.
HIERONYMO BLANCA,
CÆSARAVGVSTANO, HISTORICO

REGNI, AVCTORE.

Omnia S. R. E. animaduersioni subiecta sunt.



Anno M D C V.

APPROBATIO DOCTORIS DIEGI MONREALII, CANONICI CÆSARAVGVSTANI.

DLVSTRISSIMVS, ac Reuerendissimus Dominus, D. ANDREAS BOVADILLA, & Cabrera, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Cæsaraugustanus, hosce Aragonenſium nostrarum rerum Commentarios à Hieronymo de Blanca Cæsaraugustano, nostri Aragonii Regni Historico, conscriptos, mihi pernotandos delegauit. Quos ego dum accuratè perlegi, nihil sanè in eis compéri Catholicæ nostræ Fidei contrarium, aut quod bonis Ecclesiæ moribus aduersetur; imo eos esse multiplici, & varia tum antiquarum, tum recentiorum nostrarum rerum Historica eruditione refertos: quodq; laude dignissimum est, in eis concinnandis auctorem ipsum quamplurima, iam pœne nimia vetustate sepulta, incredibili sua diligentia suscitasse. Quapropter dignos esse, ut prælo mandentur, censeo. Nam dum de magno, & integerrimo nostro Magistratu, quem Iustitiam Aragonum appellamus, scribere instituit, sic vniuersarum nostrarum rerum summam, graui quidem, ac præstanti loquendi stylo, complexus est, ac res ipsas nedum lingua venustate, sed quod caput est, & ipsa historiæ veritate illustravit; vt Opus hoc, tot ante sæculis desideratum, non sine magna nostrorum omnium gloria his temporibus in lucem editum statuamus. Cæsaraugustæ, Id. April. Ann. Chr. ∞ D LXXXVIII.

Doctor DIEGVs MONREALIVS.

METROPOLITANI CÆ- SARAVGVSTANI AVCTORITAS EDITIONIS:

NOs Andreas Bonadilla, & Cabrera, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Cæsaraugustanus, Maiestatis Regiæ Consiliarius: Cùm hi Aragonenſium rerum Commentarii, à Hieronymo Blanca conscripti, nihil contineant, quod aut Catholicæ Fidei aduersetur, aut piorum aures offendere possit, quemadmodum ex superiori censura Doctoris DIEGI MONREALII, nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici, cui obseruandos commisimus, apparet: Iccirco eidem Hieronymo Blanca, vt eos in nostra hac Dicecesi edere possit, ac editos vñundare, auctoritate ordinaria, qua fungimur in hac parte, iuxta Sacrosancti Concilii Tridentini decretum, tenore præsentium licentiam concedimus, & imp̄artimur. Volumus autem: vt priusquam in vulgus exeant, cum ipso Archetypo conferantur. Dat. Cæsar: augustæ, Kal. Maii Ann. Chr. ∞ DXXCVIII.

A. Archiepiscopus Cæsaraugustanus.

De amplitudinis suæ mandato

Io. CRESPO Secretarius:

Tomus III.

Bbb x



D. BERNARDINO GOMEZIO MIEDI, ALBARAZINENSI EPISCOPO; & GASP. SEBASTIANO Arroytæ, Canonicus, & Sacristæ Turolensi: D. FERD. Gurreæ Aragonio, Villæformosæ Duci, ac Comiti Ripacurtiæ, & D. FRANC. Lacaualleriæ Aragonio: FRANC. Vaguerio: & TRIST. Munnozio Pamplonæ: PETR. LVD. MARTINIO Cenedo, I. V. D. Cæsaraugustano ciuii; & STEPH. CROSTANIO, municipi Montionensi,

VIII VIRIS

ARAGONVM REGNI DEPUTATIS

HIERON. BLANCAS, Cæsaraugustanus,
eiusdem Regni Historicus.



VM præclara multa, Patres amplissimi, à maioribus nostris inuenta, atq; instituta sunt ad ornandam nostrā Repub. opportuna: tum præclarum nimis mihi illud sâpe vide ri solet, quod in Comitiis Ann. M. D XXXXVII. de nostrarū rerum scribenda Historia, sancitum fuit: & præclarus id etiam, quod istius onus officii, curamq; & cogitationē SVRITA noster suæ eruditionis dignissimam suscepisset. Ad gloriae namq; immortalitatem optatus nihil accidere potuit, quam ut tam glorioſis veterum factis, quæ nobis hâc, qua fruimur, pepererunt dignitatem, & otium, tam clari hominis preconium non deesset: ut illud Hectoris apud Nævium admodum scitum est: qui solam eam iucundam sibi laudem statuebat, quæ ab iis proficicebatur, qui ipsim laude vixerunt. Sic iam videmus Aragonii nominis gloriam à diuturno, & magnis lentio vindicatam; neque vindicatam solum, sed laudatam etiam à laudato viro, nobis cum patriæ iure, ac vita societate coniuncto; ut inde quoq; honos, neq; leuis, iisdem ipsis rebus adiungatur. Sed ita nobis natura comparatum est, nihil ut difficilius sit, quam omnibus omnium studiis satisfacere. Idque tum in aliorum, tum in ipsis Surita monumentis perspexi. Etenim cum ille profuscepto munere tam ornatae res nostras utræque lingua persequutus fuerit, ut ad veterum scriptorum laudem perueniret: aliquibus tamen visum est, eum per anguste adeo nonnulla retulisse, non ut facile intelligatur, quid dicat. Fuisse præterea ab eo male posita rerum initia; tenuiterque satis locum illum de Magistratus Iustitiae Aragonum institutione tractatum: de quo, cum sit vinculum nostræ Reipub. ac domestica, & ciuilis concordia fundamentum, non tam ieuniter, & parce, multoq; minus ambiguè, iam scribi oportebat. Mihi vero sic videtur in omni Historia curiosus, ut neminem de iis, qui peritissimi fuere, eidem anteponam. Vniuersarum autem rerum concinnatione impeditus, in singulis separatim elaborare

non

non potuit. Quæ tandem cauſa me impulit, ut ad eadem ipſa, quæ ab eo scripta sunt, aggrederer hac ſpe, non ut omnia copioſe ſcriberem, ſed ut leuiter unumquodq; tangere, ſic tamen ut ſub uno aspectu, ſi fieri poſſet, omnem noſtrarum rerum memoriam proponerem: magnum equidem opus, & arduum: ſed ingredienti mihi conſiderandum fuit, poſt eā quocumq; ferar, danda nimirum vela iudicau. Neq; enim Aristotelem in Philosophia deterruit à ſcribendo ſumma illa Platonis amplitudo; nec Aristoteles ipſe reſtinxit eorum, qui poſt eum ſequitiſunt, ſtudia, quominus quisq; quō progredi, aut quid poſſet efficere, experiretur. Ita mihi nequaque duxi infringendam ſpem, quin tameſi Suritam imitari, aut conſequi non poſſem in ſcribendo; attamen quæ ille omiſit, liceret mihi persequi deinceps; ac ſi non pare, eum ſaltē tenerem curſum, quem poſſem. In primis autem cùm ſuperioribus annis quoſdam de Iuſtitiis Aragonuni Fastos edidiſsem, ſingula tantum eorum nomina, nudamq; annorum ſeriem complectentes; eos nunc decreui plenioribus hiſce Commentariis illuſtrandoſ: ut qui primū nudi, atque inornati propositi fuerant, tantum ut eſſent benevolentiae meae erga patriam obſides: nunc quaſi vefiti, & compti habeant ornementa, quæ ſint, fidei, ac diligētiae teſtes: ſicq; plane, quod tūc fueramus polliciti, præſtaremus. Et verò præter id, quod de ipſius Magistratus institutione, & origine, deq; ſingulis Iuſtitiis, tanquam instituti noſtri præcipuum, ſcribere opus fuit: breuem etiam decreui de noſtris Regibus Hiſtoriam intexere, ut eorum numerum, ac ſeriem, fortaffe adhuc non ſatis intellectam, indicarem. Præterea de Optimatibus patriciis, & Palatinis hominibus, quos Ricos homines, & Mesnadiros vocamus, nonnulla proferre, quæ vetustatis caligine oppreſſa iacuerunt: tum de familiis, & clypeis eorumdem: de numero, & ordine Iuſtitiae Aragonum Officiū administrantium: de Comitiis noſtris: de antiquis nominibus, & Magistratibus: ac demū locos alios perſtingere de tota noſtra antiquitate ubiores; ut omnibus hiſce rebus adumbratis, facilius ipſius Magistratus originis, & progressus ratio notaretur: præſertim cum hiſ de rebus multa, de quibus hactenus nemo ſcriperat, nec iam facile erat, unde ſciri poſſent, in veteribus monumentis compriſsem, quæ ab exteri peti non poterant, & niſi multorum ſapientiam admirarer, etiam, ut ſuſpicor, nec à noſtris quidem. Quæ cùm ita ſint, non poſſum non vehementer eoruſ consiliū, ac factū approbare, qui censuerunt Opus hoc, minime, Commentarios in Fastos de Iuſtitiis Aragonum, quemadmodum initio conſtitueram; ſed potius, Aragonenſium rerum Commentarios, inſcribendū: quod plura in ſe contineat, quām quæ priori illi & quē ſubiici poſſe viderentur inſcriptioni. Neq; verò hæc ideò Latinè ſcripsi, quaſi ea crediderim futura eſſe gratiora, quām ſi quotidiano, ac vulgari ſermone ſcriberentur. Video enim plerosq; etiam Latinæ linguae peritos, malle ſuam in Hiſpanis legendis operam coſumere, cùm alioquin tam delicati fastidii ſint, ut non ſolum ad pertractandas reſerias inopem noſtram lingua arbitrentur, ſed in vulgariſbus fabellis, niſi quæ ſint expressa de Latinis, penitus contemnant, & deſpiciant. Verumtamen grauiora hæc duxi, deq; eis ſcribi ea ſiquidem lingua oportere, cuius aliis gentibus peruulgata, & communis notitia ſit. Qui autem Hiſpanè hæc ſcribi voluiffent magis, & qui eſſe debent, cùm Hiſpanè ſatis multa ab eodē Surita ſcripta ſint, & ſcribentur hæc eadem fortaffe, ſi vita ſuppeditabit, à nobis: tam- etiſi aliis id ipſum de meo munere libenter concedam. Fateor enim me eorum ſimilem eſſe non poſſe, qui vulgari ſermone de magnis rebus per quam eleganter nulla arte adhibita ſcriperunt. Atqui dum Latinè ſcribere decreui, noſtrorum Magistratum nominanō cenui mutanda, neq; ad Romanorum ſimilitudinem transferenda: ſed omnino ea retinenda eſſe, quibus ſuo quaq; proprio, & certo vocabulo appellanda maiores ipſi noſtri cenuere. Ideoq; arbitratus ſum, Latinè etiam loquendo, Gubernatorem, Iuſtitiā Ara-

gonum, Deputatos, Zalmetinam, Iuratos, Locumtenetes, aliosq; istiusmodi Magistratus nostros, iisdem ipsis nominibus, quibus quotidianis verbis efferuntur, appellare fas esse; nempe ut vocabula haec, Latina quamquam non sint, & apud Latinos veteres scriptores non existent, cum neque existare possint; iam Latina usu reddantur, sicutq; ea tractando visitatoria. Non enim dum, Iustitiam Aragonum, Praefectum iustitiae Gubernatorem, Vicarium, Zalmetinam, Praetorem urbis; reliquosq; nostros Magistratus omnes, Romanorum Magistratum nominibus appellatos intueor, huiusmodi consilium adduci possum, ut laudem hac in re: cum Magistratum nostrorum potestatem non esse satis his nominibus expressam intelligam. Nam Zalmetina munus Praetorio muneri non aequa respondet: nec Vicarii verbo tam apte Gubernatoris nostri potestas, quam ut quemvis intelligere oportet, designatur: neque Iuratorum tam late patet apud nos, quam apud Romanos Consulum patuit amplitudo: multoq; minus Iustitia Aragonum, Praefectus iustitiae dici potest. Nam Praefectum iustitiae, nullum alium apud nos esse arbitror, nisi Regem: cui sic omnis dicundi iuris potestas data est, ut ab eo, tamquam a capite: ita enim nostri Iurisperiti loquuntur: in reliquos omnes Magistratus; atque in Iustitiam ipsum sicut a fonte in riulos, deriuetur. Nec scio eisdem cur nobis eam praecidere debeamus, quia Romanis initio data fuit, nouorum ex aliena lingua in suam inducendorum nominum licentiam, ut cum Philosophiam ipsi, Arithmeticam, Geometriam, aliasq; his similes voices Latinè etiam loquentes usurparint, easq; cum Graecæ omnino sint, iam usu Latinas factas videamus; nobis non illud idem licere existimemus, Iustitiamq; Aragonum, Latinè & eleganter loquendo dici posse: quantu effici queat, contendentes, quoniam tanti Magistratus fama peruererit, eodem veri, ac proprij illius nominis gloriā penetrare? Quid: quod si maiores nostri summæ ipsius potestatis vim lenitate nominis mitigadæ statuerunt, quasi inter nos, ac Regem nullam aliam, neque ex virtutibus ipsis, nisi iustitia sola interponi ducerent oportere; cur nos tantam hanc eorum sapientiam despicientes, nova verba fingemus arbitratu nostro, tantumq; Magistratum vulgaris suo nomine, in toto orbe terrarum claro, & notissimo, fraudari patiemur, quo & quis sit, & qualis ipse Magistratus sit, aperte declaratur? Nonne M. Tullium, ac Terentiū quoque & Archontē, & Satrapen dixisse constat, & Liuum etiam, Mediasticum, & Suffetem: neque veteritos fuisse hosce scriptores, cum Latinè loquerentur, ac scriberent, istiusmodi Magistratus omnes, quorum priores duo Persarum, & Atheniensium erant, Campanorum autem, & Carthaginem postiores, non ex Latinæ linguae, sed ex uniuscuiusq; eorum gentis vocabulis nominare? Dabitur ergo modo, quod Latini ipsi fecerunt, aliena sibi nomina usurpantes, ut in Magistratibus saltem appellandis, vulgaribus utamur, Latinis: cum eam mihi præcipuam laudem constituerim, ut intelligatur, quid dicam: de reliquo tamē sat fore, non esse mendacem. Ceterum, Patres clarissimi, ut hac quasi peroratione concludā, ad quam fateor me nequaquam in uitum declinare; haud dubito sane, quin quod meum semper iudicium fuit, vestra quoque sententia comprobetur, maiores nostros in constituenda Rep. aut inuenisse multa perse sapientius, quam alios: aut accepta ab aliis, fecisse meliora, quibus instituta vita, resque domesticas, & familiares commodius tueremur. Eoq; magis ad credendum ducor, quod vos omnes videā, cum nostra haec in istarum rerum commemoratione versentur, ad ea perulganda haud mediocri studio concitatos: dignissimum fore iudicantes, ut Reipubl. nostræ descriptio, quæ iure potest, & Regibus, & Populo grata esse, iam exteris quibusuis nationibus nota sit: quasi in eorum consiliis, qui primi de ea constituenda cogitarunt, nec quidquam parum, nec quidquam nimium fuisse arbitraremini. Et verò præcipue singularis haec tanta, tamq; admirabilis maiorum sapientia, quæ initio tunc fuit, in hoc uno quotidie magis summa cum laude

laude prodita vetustate eniteſcit, quod dum forenſem hanc induxerunt iſtius Iudicis,
 inter Regem, ac Populum Medii, Praefecturam; noſtrā Rempub. ex Polyarchia, &
 Monarchia unam nouam in ſpeciem per quam optimè temperantes, domesticam, ac ci-
 uilem pacem mirabiliter stabilierunt, agenda ſic apud nos omnia ſtatuentes; ut res ma-
 ximæ, minimo motu; pericula ſumma, nullo tumultu; domesticæ omnes diſfensiones, ſine
 ſeditionibus, quiete, & commode illius interpoſita moderatione ſedentur. Quamuis au-
 tem fortaffe mihi imprudentia tribuatur, minimè hoc loco ſilentio prætermittendum
 duxi: ſummi enim gubernatores nauium plerumq; à vectoribus admoneri ſolent: ut ita
 nos omnes de noſtris libertatibus ſentiamus, ne nimiam licentiam, libertatem putemus:
 eanamq; ſola, ac vera libertas cendenda eſt, quæ homines facit domitas habere libidines:
 ſuis quiete potiri: eadem prudenter tueri: ab eis, quæ propria non ſunt, mentes, & manus
 abſtinere: ad nouos deniq; temporum caſus nouorum conſiliorum rationes accoſmode-
 muſ; ne in utendo temperantiam contemnentes, in carendo patientiam experiamur. In
 quo ego quantum meus amor in patriam poſtulat, tantum vos hortor, reliquosq; omnes
 ciues meos, quoniam in Rep. coniuncti ſumus; ut iusta, & æqua libertate contenti, fal-
 ſam à nobis nimia licentia famam depellamus. Regios autem quoſcumq; Magistratus
 ſic moneo, ut cogitent tantum ſibi à Regibus eſſe commiſſum, quantum permifſum à le-
 gibus, & creditum ſit; neq; ſibi ſolam iuriſdicundi poſteſtatem, ſed ita fidem creditā ar-
 bitrentur, ut non quod ipſi velint, ſed quod lex, & religio concedat, exequantur: neve
 quiſquam eorum ſe putet eſſe ſolum, nec ſibi, quođcumq; concupierit, iam licere; ſed ha-
 bere in conſilio leges, religionem, aequitatē, & fidem; maximiq; debere unumquemq;
 ſuæ ipſius mentis, quam à Deo acceperit, conſientiam aſtimare: quæ ſi optimorum ſem-
 per conſiliorum, factorumq; teſtiſ ſibi fuerit, facillimè omnes quorumvis periculorū pro-
 cellas deuitabit. Nunc quoniam conſiliī mei rationem expoſui, ſuper eſt tantum, vos ut
 orem, ita faueatis conatibus meis, ut noſtri hi Cōmentarii, qui omni prorsus venustate
 nudi in lucem prodeunt, ampliſſimi nominis vestrī dignitate illustrati, ſi non ut urbani;
 ſunt enim vasti, & aggreſtes: non ut peregrini, cum totam ferè noſtrarum rerum ſum-
 mam contineant; ſaltem ſi licebit, ut amici hospites, inter ipſius Suritæ Annales recipi-
 antur. Quod ſi aliqua à me eſſe prætermiſſa, aut non ſat elucubrata inuenierit: neque
 enim dubito, quin multa huiusmodi paſsim occurrent: mihi, historicus qui ſim, ſi modo
 ſim, at certè qualiſcumq; ſim, non ex alicuius Academiæ, ſed ex mediis fori ſpatiis pro-
 fectus, condonetis, ſimulq; illud ſtatutatis, non omnem frugem, neq; omnem arborem in o-
 mni agro reperiri poſſe. Breui tamen futurum ſpero, maximeq;. ſi ad ornāda ea, quæ du-
 dum in noſtra hac vrbe inſtituta fuere, publica disciplinarū Gymnasia, magnus aliquis
 cumulus vestræ liberalitatis accedat; ut & ipſa hæc eadem, quæ à me nunc inchoata
 ſunt, & alia maiora, perfecta Reip. tribuantur: quibus Aragonij nominis ampliudo
 illustrata, quemadmodum hactenus armorum virtute, iſtiusq; Magistratus laude, mi-
 rificè emiuit, ſic deinceps ingenti quoque literarum gloria ſplendescat. Cæſar-
 ang. Kal. Sept. Ann. Chr. ̄ DXXCIIX.



In Aragonensium rerum Commentarios
HIERONYMI BLANCÆ, CÆSAR-
AVGVSTANI, ARAGONVM REGNI HISTORICI,

P R A E F A T I O

AD D. GARSIAM LOAYSAM GIRONIVM,

PHILIPPI nostri, amplissimi Hispaniarum Principis, Magistrum,
 Arriacensemq; in Toletana Ecclesia Archidiaconum.



NTIQVÆ res nostræ, quod te minimè ignorare arbitror;
 Loaysa eruditissime, adeo scitu difficiles sunt, & perobscu-
 ræ, ut nō modò quæ priscis illis sœculis, sed quæ auorum et-
 ate gestæ fuerūt, vix à nobis, nisi abstrusa, & perturbata ra-
 tione, comprehendantur. Plures autem istius iactura affer-
 runtur caußæ, multiplicesq;. Hæ tamen præcipua. Nam in
 ipsis Regni initii memoriae proditur Pinnatæsem Sanctio-
 ris Aerarii locum igne consumptum fuisse: instauratumque
 denuo, multos post annos incendio simillimo conflagrassæ.
 Cumq; ibi veterum Priuilegiorum exëpla, monumentaq;

publica, afferuanda exstareret; flamnis combusta, omnia interière. Postea quoq; alia eius-
 modi cùm ibidem reposita seruarentur, à Raimundo Berengario, Barcinonensi Comite,
 Ranimiri II. Regis genero, Circ. Ann. Chr. 800 CL. extracta feruntur: nostrosq; in
 Comitiis Cæsaugustanis Ann. Chr. 800 CCLXIIII. curauisse, damnū illud quoquo
 modo resarciri. Sed id demum ad extremum pene interitum nostram antiquitatem ad-
 duxit, quod dum Petrus Rex IIII. in aliis Comitiis, eadē Vrbe habitis Ann. Chr.
 800 CCCXLVIII. turbulentia illa Vnionis Priuilegia de totius Regni consensione dele-
 uit: non quæ de ea agebant solum, verum etiam alia multa, tum priuata, tum publica,
 monumentalacerare, ac comburere & conatus est, & tandem effecit, ut Scribarum
 Notæ, matricesve scripturæ vix apud nos ante dictum annū ullæ reperiantur. Vnde
 etiam euénit, ut quemadmodū apud Lacedæmonios, qui scripto iure non semper usi
 sunt; sic apud nos quoq; plurima nostrarum legum, ac libertatum munia in capitibus
 prudentum exstiterint: ita enim carū Observatores loquuntur: à quibus eæ quas nūc
 vocamus Observantias fluxerunt. Propterea olim qui consulebantur, in maiori hono-
 ré, & potentia erant: non tam quod pauciores, quam quod ab eis ratio legum, rerumq;
 nostrarum, tamquam diès quondam petebantur à Chaldais. Eæ autē Observantiae an-
 tequam à Martino Didaci Auxio Iustitia Aragonum Ann. Chr. 800CCC-
 XXXVII. in illud, quod nunc Foris connexum exstat, volumen congererentur; eandē
 prorsus vim, & auctoritatem, quam ceteræ omnes scriptæ leges, habebant. Atq; tunc
 etiam, ut Bages conqueritur, luri periti ipsi, quibus hoc magnum munus commissum
 fuit, veriti, ne tota earum ratione periuulgata, & cognita, sine illorum opera iam lege
 agi posset; multas Observantias suppresserunt: ut ab eis, quæ occultæ manserant, petere-
 tur, sicq; eos omnibus in rebus interesse necessariò oportet. iam ut antiquitas nostra
 hos casus habuerit ad suam obscuratioem rariores. Hinc deniq; factum est, ut omnino
 iaceat ipius obcæcatæ memoria; atq; ut tot, ac tantæ inter scriptores ortæ sint, tū de Re-
 gni primordiis, tum de Regum, ac temporum serie contentiones: adeo ut quidam nostri
 sœculi illustris sanè Historicus optimo iure potuerit nouos nobis Reges suscitare, quorū
 antea nec nomina quidem fuerant unq; audita; Cumq; æquissimum foret, ut quamvis
 cetera-

ceterarum rerū cognitio languesceret, earum vero, quæ ad Magistratus Iustitiae Aragonum ornamenti attinent, non modo animis insita, sed depictis monumentis, ac literis, quod aiunt, aureis, salua, & in columis seruata fuisset: tamen, quod mihi saepius mirabile visum est, misero certè casu, illarum præcipue notitiam nunc quoq; maximè desideramus. In quo ego non tam prisca illos earum inventores culpa damnados censeo, quibus credendum non est conscribendi curam defuisse, quandoquidem conficiendi officiū non defecit: q; variorum casuum, & euentorum, quos supra recensuimus, occasione tribuendū, quæ earum pœne cognitionem deleuit. Eos vero, qui propius successerūt, culpa hac liberos esse non reor, quod in tenebris consenescere illas, atq; in ipsa vetustatis caligine obsolescere permiserunt, cum eadem neq; aut cuiusmodi fuerint, indagare, aut compertas in lucem ad posteriorum notitiam prodere, quod amicus noster eruditissimus ille Sigonius, de Italiae Regno scripturus, de suis Ciubus merito est conquestus, studuerint. Qua de re memoria teneo, cum sapienti numero coram Excellentissimo Domino D. Ferdinando Aragonio Archiepiscopo Cæsar Augustano, antiquatum nostrarū studiosissimo, ac diligentissimo inuestigatore, neq; solum memoria, & testimonio, sed Annalium literis, & Suritæ voce laudato, hanc maiorum incuriam exprobrarem, audire me esse solitum ex eodem; Non valde propterea mirandū esse. Aragonenses n. crebro dicebat, quō, natura ipsa, lingua hebetiores sumus, cō propensiōrem semper in conficiendis, q; in conscribendis rebus consueimus curam adhibere. Cuius quid mihi profuerint aſidui congressus dicere libenter, nisi de me ipso, quod necesse non est, dicendum esset. Quare debito potius illum testimonio priuabo, quam id cum mea laude communicem.

Quamquam igitur verum illud fuisse fateamur, in hoc tamen uno maiores nostri mihi valde coarguendi videntur, quod aequo animoulerint aliarum antiquitatū, qualescumq; fuerint, notitiam, licet manca, extare, Magistratus vero Iustitiae Aragonū, cui à nobis summa rerum delata est, omni prorsus literarum splendore carere, cum neq; de eius institutione, neq; de eorum, qui ei præfuerent, nominibus, aut factis quidquam haec tenus scriptum, satis bene digestum, habeamus. cuius lectionis cognitio incunda non solum, verūmetiam perquam utilis, ac necessaria foret. Ioannes enim Eximini Cerdanus, Aragonum idem tidem & ipse Iustitia, tametsi auorū memoria, primus de hoc genere scribere est agressus, ob idq; magnam mihi iure egregie voluntatis, consiliiq; laudem meruisse videtur: verū dum eorum, qui hunc Magistratū gesserunt, enodare nomina curauit, à Petro Petri sumpit scribendi exordium, quem plures alij antecesserunt. Annorum vero notationem, quæ alioquin fundamentum erat, omisit adhibere, nonnullosq; Iusticias, qui vixerunt, vel sua, vel parentum aetate, numerare. Vnde sit, ut mutilam prorsus ex illius scriptis notitiam eruamus. Ipse vero noster Hieron. Surita, clariſ. Historicus, disertissimusq; atq; eruditissimus vir, qui uniuersam nostrarū rerum narrationem graui quidem stylo, egregiaq; ac singulari diligentia complexus est, earū magnitudine præpeditus, nō potuit argumentū hoc, suo ornare studio, atq; accuratioe opera, perpolire. Sed illum scimus, ad id, paucis antequam moreretur diebus, otium sibi domesticum præparasse: repentinumq; postea interitum hoc eius consilium præuenisse. Cuius si ad hoc cumulus accessisset, ea illius ingenij vis fuit, ac facultas: ut dubitandum nō sit, quin solum hoc, quod aliis exile fuisset, ac macrum, iam illius cultura, uberrimum, atque ornatisimum redderetur. Sed de eius laude neq; hic locus est, ut multa dicantur, neq; plura tamen dici possent, quam tu optimè scis, nosq; omnes memoria retinemus.

Itaq; hæc cum viderem, et si me agnosco iis auxiliis penitus destitutum, qua operis huius integritas suo quasi iure reposcebat: voluntatis erga patriam meæ testimoniu aliquid relinquere cupiens, cum iam doctissimus ille vir tanto splendore, & auctoritate præditus, octingentorum annorum de nostris rebus Historiam tam ornatè, & copiose

suis illis Annalibus colligasset: ego in extremo tantum hoc mihi sumpsi, quod ille non potuerat, illustrare de Magistratus Iustitiae Aragonum dignitate argumentum. Quo autem id faciliter comprehendatur, magisq; tota illius progressus ratio perspicua sit: omnino duxi uniuersas res nostras, strictim: & vero earum primordia, copiosius, attingenda: ne totū opus corruperet, si non bene iacta fundamēta essent. Eos etiam statui notatione temporū distinguendos, qui tanto munere functi fuerunt. Cumq; id etiam videretur mihi nouis difficultatibus maximē obstructum, quod nō facile esset, unde restam antiquas, tamq; obsoletas eruerem, tanta fuit, mea ut in hoc genere apud ciues meos opera probaretur, cupiditas, ut neq; istud quidē potuerit meū in hoc officio frangere, aut debilitare laborem. Ad perscrutanda igitur omnia, qua habere potui, ad hoc studium quoquo modo pertinentia, conuersus sum: atq; tum ipsius Regni, tum Ecclesiarū B. Mariae de Pilari, ac Diuæ Encratis Tabularia perlustrare cœpi; tum & multa alia Monasteriorū Sancti Ioannis de Pinna, Quaræ, Assaniensis, Montis Aragonum, veterumq; aliorū oppidorum, & Ecclesiarum monumenta peruolutare. Priuatos deinde tum dicti Excellectissimi Domini Archiepiscopi Ferdinandi, tum aliorum etiam de hoc genere Indices quosdam adhibui, ac veterum, quos vocant, Foristarum: Vitalis de Canelis, Oscensis Episcopi; Eximini Petri Salanouæ, Iustitiae Aragonum, Ioannis Patos; Iacobi Hospitalis; Ioannis Antichij Bages; & Michaëlis del Molino, siue Codices, siue, quæ exstat, Observantias perlegi. Ac ne de aliis reticeam, qui in hoc opere illuſtrando suum mihi officium præstiterunt, unus veterum monumentorum fasciculus, quem ad me detulit Doctor Carolus Munnoz, Regni Cancellarius, & Civilis, & Canonici iuris peritus simus, inq; nostris hisce studiis iam pridem versatus, adiumento mihi non paruo fuit. Inde namq; multam collegi nostræ antiquitatis memoriā. Sed quo ego adiutore præcipuo usus sum, is est, quem bene nosti, familiarissimus meus Magister Iacobus, Espeñus Arambigenis, probus, & doctus vir, nec vulgaribus, sed recoditis, ac interioribus literis eruditus, verè ut dicam, meorum omnium studiorū canon. Summa enim cura, diligentia, ac fide, plurima ad me comportauit ex ipsis Tabulariis desumpta: qua maior affieri mihi leuatio nulla potuit.

Et vero in his, alijsq; undiq; amitorum beneficio collectis, id me aliquantulū subleuauit, quod in extrema veterum Priuilegiorum parte, priuatorumq; negotiorū Contractum, quos quotidianis verbis, Instrumenta, vocamus, dum testes apponebantur, plerosq; Iustitias Aragonum protestibus annotatos inueni. Testium autem huiusmodi, quod tu minimē omnium ignoras, non eadem semper ratio fuit. Ad duplum enim effectum in antiquis monumentis apponebantur. Alterum siquidem pro eorum robore, & firmitate, quod sit de solemnitatibus substantialibus Contractum (cogimur namq; in his forensibus vocabulis uti) ut testes illorum stipulationi presentes interficiantur: atque hos Testes Visores, & Auditores appellabant, & ita appellati passim inueniuntur. Alterum vero ad temporis notationem, quo talis Contractus celebrabatur, inducendam, quasi potentiores, qui tunc apud eos degebant, nominando. Quemadmodum enim apud Romanos plerumq; Imperante Seuero, aut Constantino: & apud Francos, Regnante Carolo, aut Ludouico: sic apud nos olim, præter ipsorum Regum; Optimatum quoq; ac procerum, quos Ricos homines, ac Seniores illa ætas vocauit, tum & Palatini, quos Mesnadarios, ac interdum etiam Magistratum & Secularium, & Ecclesiasticorum nomina apponebantur: utpote, Episcopus Stephanus in Osca; Episcopus Petrus in Saragusta; Palazin Senior in Roda; Petrus Medalla Iustitia maior; & alij his similes. Quos ne talium Contractuum celebrationi, ut priores, interfuisse induceretur: Testes Confirmatores appellare consueuerunt. Ac quandoq; licet raro, in nonnullis, postquam Testes Visores, & Auditores appositifuerant: hos Ricos homines, vel potentiores, Testes,

stes, qui neq; viderunt, neq; audiuerunt, appellari solitos obseruaui. Hæc autem huiusmodi Testium Confirmatorum apposito in solemnibus tantummodo Regum, aut Principum Priuilegiis adhiberi consuevit: unde paulatim ad priuatorum negotiorum Contractus defluxit. Olim enim dum Reges, aut Principes aliquod Priuilegium solemne, atq; ut ipsi loquebantur, perpetuo valitum, irrogabant; hos quasi Regiæ voluntatis testes, ac confirmatores adhibebant, siue præsentes huic irrogationi adessent, siue etiam absentes: modo Regiæ Curiae essent affectatores. Qui plerūq; in eisdem ipsis Priuilegiis se subscribere solebant; sicut sua, quæ tunc vocabantur, signa, in extremo post Regis, vel Principis Signum, ante Signum autem scriptoris, collocare, quasi Regis, aut Principis voluntatem, quæ in tali Priuilegio expressa fuerat, confirmingo. Quinimo aliquando sic comperi Ricos homines ipsos non iam monitis, aut præceptis, sed hortationibus, & quasi precibus ad huiusmodi sua signa apponenda pro grauis alicuius rei confirmatione ab ipsis Regibus excitatos. Ego Sanctius Rex hanc Donationem confirmo: & omnes Proceres meos rogo, ut similiter confirmant, & subscribant. Vnde hi, Testes Confirmatores dicti sunt. Ipsi verò Notarij, ac Priuilegorū huiusmodi scriptores, ut huic etiam rei præteriens satisfaciam, tum Scribæ Regij, tum & quandoque Grammatici Regum appellari, Græco nomine retento, consueuerunt. Sed in priuatis Contractibus Testes, quos diximus, Confirmatores minimè ad voluntatem concedentis confirmandum adhibebantur, sed tantum ad inducendam temporis, quo talis inibatur Contractus, notationem: quod eam veteres illi non esse satis expressam constituerent, Aeræ, quæ nota temporis fuit, sola supputatione adhibita, nisi Optimatum, ac Potentiorum, qui tunc vigebant, nominati adiungerentur. Ex quibus passim colligitur, antiquos in hac Aeræ enumeratione plerumq; vacillasse. Etenim cum ea, quemadmodum omnibus notissimum est, Natalem diem Christi octo & trigesima annos antecesserit: hanc illius veram, & genuinam significationem non semper seruabant, quandoq; Annum pro Aera, quandoq; è conuerso Aeram pro Anno sumentes. Hæc autem tam diuersa ipsius numeri ratio minimè aliunde, nisi ex veterum monumentorum lectione comprehendi potest. Indidem tamen apertissime elicetur. In ipsis præterea Aeræ, vel Annorum numeri nota, aliae etiam difficultates occurunt, ex literis, seu literarum, vel characterum figuris, quibus veteres ipsi utiebantur, coortæ. Nam præter Abecedarium Gothicū saeculis illis commune, quod à Romano longè erat diuersum: ipsæ etiam numerorum nota, ac figurae dissimili prorsus ratione erat compactæ. Atq; interdum etiam ad eas, dum volebant numerum annorum variare, minutula quadam puncta admouebāt; quæ nisi attentè animaduertatur, facillimè possunt quemuis in eorum declaratione decipere. Non enim Galilæ Episcopi, qui notarum huiusmodi Architectus dicitur, & inuentor, scriptum aliquod opus existat, quo uniuscuiusque illarum intelligentiam, & vim, quam in singulis concludere voluit, enudaret. Vnde fit, ut necessario sit ea, quemadmodum diximus, ex diuturna sola obseruatione eruenda. Propterea autem hæc omnia hoc loco recensenda duxi: ut huiuscem magnæ difficultatis, quæ in notarum huiusmodi interpretatione ad antiquas res nostras intelligendas se offert, aliqua à nobis ratio redderetur: præcipue verò, ut dum fortasse in antiquis monumentis aliqua inueniantur ab aliis diuersa, neq; priora fortasse cum posterioribus cohærere: id vel antiquorum varietatibus, vel librariorum mendis, vel ancipitibus numerorum figuris tribuamus: ne confusione qua haec tenus, de earum rerum fide, quæ alioquin veritate nitantur, titubemus. In horū igitur Iustitiarum nominibus enodandis, ordinatumq; Annorum habita ratione distinguendis, hac Testium Confirmatorū obseruatione, potissimum adiumento usussum. Neq; tamen id omne, quod concupieram, asecutus: cum neq; in prioribus, neq; in posteriorib.

Iustitias, vix hactenus ullo labore, aut diligentia consequi, quam annotare voluissimus annorum uniuscuiusq; seriem, initij, aut exitus certam, potuerimus. At qui dum priores Iustitias appellauit, eos intelligo, qui post Mauros Cæsar Augusta pulsos, circ. Ann. **∞ c x v.** inueniuntur. Hactenus enim eorum nomina, qui dictum annum antecesserunt, ab ipsa nempe Magistratus institutione, usq; ad dictam Maurorum expulsionem, incompta sunt. In quod tempus cum Ducenti ferme, & quinquaginta anni interponantur, dubitandum non est, quin plures exstiterint Iustitiae Aragonum. Sed istius tactus quasdam singulares causas coniicimus. De quibus alias plura. Hæc deniq; omnia accuratissimè euoluenda constitui, & suo quæq; momento perpendenda, ut quominus ingenio possum, diligentiam mihi subsidio compararem. Quantum autem in his effectum fuerit, id omne ad arbitrium tuum, qui in eis, aliisq; maioribus tantos progressus fecisti, libenter conferemus. Nos quidem ita de nobis meti ipsi iudicamus, ut cum plus contenderimus, quam possumus; statuamus tamen nos minus fecisse, quam voluissimus: iamq; existimemus fructum satis uberem nobis futurum, si intellexerimus, hosce Commentarios nostros miseræ ipsi antiquitati, quæ iam pænè senectute cœfecta videbatur, aliquantulum olei, tanquam lumini tenui, instillasse.

Verùmenim uero, doctiſ. Loaysa, vereor equidem, ne reprehendar, quod tot verbis hæc fuerim persequutus, scribens ad te: qui tum in optimo quoq; genere studiorum, tum in ipsa historia tantū processeris, nostrarumq; omnium rerum, ac quo modo nobis constitutæ sint, iam ab eo tempore perfectissimā scientiam percallueris, quo generalib. nostris Comitiis, superioribus annis ad Titionis Montem à potentissimo Rege nostro habitu, praesens fuisti. In quibus, quod in te fuit, gessisti te tam bene, tam gratāq; & iucundā nominis tui memoriam apud cunctos Ordines nostros reliquisti; ut summum in te præsidium constitutum esse, nostris omnib. fortunis arbitremur. Sed longè absurum ab eo, in quo iure possem reprehendi, ut longior fuerim, quasi te erudiens cum solum id fecerim, ut meā huīusmodi vigiliarū, operosiq. laboris, quem in hisce rebus cōcinnādis tuli, te mihi praebas aequissimū aëstimatore, & iudicē, quandoquidē in tuo nomine libenter acquiesco. De me autem sic statuas, non quasi officiosior in patriā, quam ceteri, quibus laude hanc præceptā nolo; aut quasi electus, qui maiori ingenio, hoc opus suscepserim: sed relatus ex omnibus, qui minori fastidio tantū huīusmodi onus sustineret, graue illud equidē, ac grauiſſimū, verūtamen dignū, & dignissimū, in quo cuiusvis industriæ nerui contendatur. Videbatur autē leuius mihi propterea futurū, quod eo me opprimi libentius, quam reliqui omnes, conniuebā. Et vero de tuis laudib. non opus est dicere: cum tu sis, quem nec nimis valde umquam, nec nimis sape potero laudare. Sed ad earum ornamentiū sat su, quod uisdem Comitiis, ab ipso Rege nostro sapientissimo institutioni Philippi Principi, sibi charissimi, & clarissimi filii, præpositus fueris, datusq. illi non solum studiorum, atq. artium, verum etiam animi, ac virtutis magister. Quid n. amplius ad tuam laudem augendam dici potest? Quapropter modum faciam. Extremum illud erit, te ut orem, & obsecrem, quoniam quidem doctiſ. ille Antonius Augustinus, Tarragonensis Archiepiscopus, grauiſſimus, & sanctissimus, atq. omni honore, & memoria dignissimus vir, tum uniuersæ Reip. tum mihi quidē, ob præclarā multā ipsius in me officia, acerbissimo tempore ereptus est: me in eum, in quo ipse viuens habuit, & ad tuum in me amorem, & ad meam in te obseruantiam, locum ut subdas; non quasi eam rem putem benevolentia, quæ te colo, & reuereor, incrementum aliquod allaturam; sed ut nouo huīusmodi vinculo deuinciri me tibi, & obstringi cum patiaris, desiderium tanti viri optima hac consolatione leniatur. Cæsaraugusta. Kal Sept. Ann.

A R A G O N E N S I V M

R E R V M

C O M M E N T A R I I .

ARAGONENSEM Historiam scripturus, copiose satis iam, cum vulgaribus, tum Latinis litteris ab aliis illustrata, id mihi tantum proposui, præcipua ut illius Capita summatim perstrin gam, ea præsertim, qua ad explicandam Iustitia Aragonum Magistratus vim, & dignitatem spectent. Cuius institutio cum ex ipsis Regni primordiis pendeat, Regnum vero, prius fuerit Suprabiente dictum: ab Hispaniae clade scribendi initium ducere oportet, unde hæc omnia fuerunt, tan quam à quibusdam seminibus, orta, & concreta. Itaque Deo Optimo Maximo iuvante bene, rem ipsam aggrediar.

D E H I S P A N I A E C L A D E , E T E X C I D I O .

ANNO ab orbe condito, 1000 CCCXII. Natalis Christi, Seruatoris nostri, DCCXI. Gregorio II. Pontifice Maximo, Flauio Philippico 5913. Bardanio Imperatore, Childeberto II. Francorum Rege, cum Vlith Abdebmelch Alcalifa summo Arabum in Africa imperio potiretur; eorum Ann. XCIII. Ruderici ultimi Gothorum Regis, & Regni maiestas, misera illa, calamitosa, nec satis adhuc deplorata clade, obsoleuit. Iuliani, Spartarii Comitis, in primis nobilis, ac præcipui viri, perfidia, effectu memorant: ab eo siquidè Arabes, facti sibi de Cauæ, aut Caiæ filiæ ludibrio, vel ut alii tradunt, Fandinæ, seu Faldrinæ vxoris suæ illato probro conuicci vindices, ex Africa in Hispaniæ traiectos. Quibus, Ruderico Rege deuicto, sibi omnia vendicantibus, sub eorum dominatu cōplures Christianorum populi, vestigales manserunt, amore peculii nolentes seruorum subterfugere condicionē. Vnde Christiani ipsi, Muzarabes, quasi mixti Arabibus (Muza enim Arabicè Christianum significat) sunt vocati. Alii graue illud seruitutis iugū perpeti, indignum iudicantes, ad Asturum, Pyrenæorum monto salocafugientes, in perfugium sibi & fortunarum, & salutis firmissimum, ipsos quidem montium anfractus adscierunt. Hi in huiusmodi vastas, nec tam longinquas solitudines relegati, & depulsi, ab impiis gentibus initio spreti, posteà Diuina ope, Hispanici lani guinis vltores fuere, patriæq; salutis auctores. Eodē enim anno Pelagius, Faflæ Ducis filius, Regio genere ortus, ipsius gladii reliquiis collectis, hostes superādo, Asturum Regni sedē instituit. Sunt, qui aslerant, nusquam constare illum Regali nomine insignitum fuisse, sed Infantē Pelagium tantum, ad hæc usq; tempora vocitatum. Ab eo, vt vires ipsa se habuerit, Asturum Regnum initium sumpsit: q; postea Ouentense, seu Legionē dicitum, maximam Hispaniæ partē complexum est. Nostrī nō tam citò perdomiti, tardius Suprabieni Regno, q; primum Aragonum diadematis fuit, initium dedere. Rasis enim Arabs, Arabicæ etiam historiæ scriptor, Cœsaraugustam urbem, Ann. Chr. DCCXVI. bieanio si 714. quidem post, à Mauris captam refert. Cuius testimonio probabile fit, quod nonnulli scri ptores prodidere: Mauros ipsos è Gallia Gothicæ reuersos, quam Provinciam Narbonensem vocant, patria nostra potitos fuisse. Ea tandem obtenta, finitima loca vastarunt: post etiam summa ipsa Pyrenæorum iuga inuaserunt. Neq; verò à me hoc loco tam facile exprimi potest, quæ solitudo tunc fuerit in opidis, quæ vastitas in agris, quæ fuga, qui recessus nostrorum, quæm deserta, in culta, & relicta omnia: quippe cùm harū tertium vix villa in literis extant monumenta. Sed illud nequa quā silentio præterib; Mauros eo tempore, arce quadā fortissima Oscensis territorii expugnata, ipsum Iulianum Comitem fortunis omnibus spoliatum, captiuum secum ducentes, in eadem catenis vinclū, vt tam nefarii sceleris penas lueret, diu in carceribus positum afferuasse, ibidemq; illum crudelē, & miserabilem morte obiisse: Eam nos Calagurrim Iuliam Nasicam, Oscæ vicinam, & cō tributam, à Julio Cæsare in suis Commentariis memoratam (Loharre nunc opido nomen est) variis ducti rationibus suspicamur. Exstant siquidem in ea quam plurima Romanorum ædificiorum vestigia: ipsiusque Comitis sepulchrum hodierna die ab incolis ipsis ostenditur. Oscæ autem finitima, à germano, & prisco nomine non multum abhorret.

D E CÆSAR AVGUSTANÆ VRBIS OPPRESSIONE.

VR B I V M autem de mediterraneis in Tarraconensi clarissimam fuisse Cœsarangustam Pomponius Mela auctor est in eo, De situ Orbis, non magno quidem, sed aureolo libello, quem scripsit. At Diuus Isidorus sic eam commendat, vt cùm à Cæsare Augusto & sitam, & nominatam testetur: illam esse prædicet & loci amoenitate, & deliciis totius Hispaniæ illustriorem, florereque Martyrum sanctorum sepulturis. Iam verò illud notū,

testatumque est satis, postquam in ea Sanctissimum Templum, de Pilari, vocatum, à beato Iacobo maiori Seruatoris nostri Apostolo, constructum, primum in toto orbe terrarum Beatisimæ Virgini Mariæ dicatum fuit: Christianam religionem numquam ab illius incolis desertam fuisse, sed retentam semper, ac pio cultu, pro Dei benignitate, seruatā. Nam post beatū Athanasiū, ipsius Apostoli Discipulum, quem primum Cæsaraugustanensem Episcopum memorant: beatum etiam Felicem circiter Ann. Chr. ccxxv. in eadam Urbe sedisse constat: atque eum Diuus Ciprianus Fidei cultorem, ac defensorem veritatis appellat. Felicis autem Diuus Valerius I. successor fuit: ipsius verò Valerii Diuus Vincensius Martyr, Archidiaconus. Quo tempore, siquidē circiter Ann. Chr. ccc. maiores illinostrī celebrem illū Martyrii triumphum in Decima persecutione Ecclesiæ reportarunt. Et iū quidē tot fuere, ut Innumerabiles propterea dicti sint: Diuumq; Lambertum, ac Diuā Encratem, & Socios ad simile factum eodem ipso tempore, ac loco pro Christi amore subeundum excitarent. Eorum autem omnium pretiosissimis exuuis Vrbem ipsam ornata possidemus. Postmodum verò circiter An. Chr. ccclxxxv. sub Damaso Papa, Graiano Imperatore, insigne illud Nationale Conciliū in eadem habitum fuisse ex Sulpitiū Seueri, qui ipse penè tum fuit, scriptis colligitur, nonnullorum etiam Gallorum Episcoporum frequenīa celebratum: quo Priscilliani Galaici, Elpidiique ac Instantii, & Saluiani error, Sanctorū Patrum ibidē conuenientiū suffragiis, damnatus fuit omnino. Ac si ad hæsim illam extirpandam, quæ tunc serpente, ac prodire cœperat, is locus cōmodior, quod esset Sanctorū spoliis refertus, censeretur. Cumq; postea Arriana hæresis, pestifera, & de-terrīma, latè disseminata, per aliquot Provincias manauisset, totamq; fœtē Hispaniā occupasset: ipsam tamē Cæsaraugustam Vrbē non attigit, q; nostri semper, Omnipotentis Dī ope stabiles, & firmi veræ Fidei cultores permāsissent. Cūfus rei Childebertus, & Chlotarius Francorum Reges ignati prorsus, cū ingenī cōparato exercitu ad Arrianos omnes conterendos ipsam eſſent Hispaniā adorti: Cæsaraugustā obſederunt circiter Ann. Chr. dxxv. nostros penitus credentes esse eiusdem hæresis erroribus inquinatos. Quæ verò in ipsa Vrbē tunc gesta fuerūt, Gregorius Turonensis his verbis persequitur. *Cæsaraugustani, inquit, in tanta humilitate ad Deum conuersi sunt, ut induit cœli ciuitatis, abstinentes a cibis, & poculis, cum tunica vñ enīi Martiris muros ciuitatis psallendo circuirent.* Mulieres quoque amicti nigris palliis dissoluta cesarie, superposito cinere (ut eas putares virorum funeribus deseruire) plan- gendo sequebantur. Et ita totam spem locus ille ad Domini misericordiam retulit; ut diceretur ibidem Niniviarum ieiunium celebrari, nec estimaretur aliud posse fieri, nisi ut eorum precibus Divina misericordia fœderetur. Hi autem, qui obſidebant, nescientes quid obſidi agerent, cū videbant sic murum circuiri, putabant eos aliquid agere maleficii. Tunc apprehensum unum de ciuitate rusticum, ipsi interrogant, quid hoc esset, quod agerent. Qui ait: *Tunicam beati Vincentii deportant, & cum ipsa, ut eis Dominus misereatur, exorant.* Quod illitimentes, se ab ea ciuitate remouerunt. Sed Adon Archiepiscopus Viennensis, Annoniusq; & Gaguinus, ac plures alii scriptores, ea re audita, Childebertum, & Chlotariū Reges, commutasse animos produnt, protinusq; ab armis recessisse, q; nostros esse veræ Fidei cultores intelligerent. Immo Episcopo Vrbis, primariisq; Senatorib. ad se accersitis, doni, ac muneriſ loco à nostris ipsius Vincentii Martiris stolam petiuiffe, datamq; in pattiā reuersos, Lutetiae in Ecclesia sub ilius sancti veneratione cōstructa collocasse. Ad hāc verò tantā beatissimi Martiris devotionē Reges fuisse inductos Germani Parisiēsis Episcopi, integerimi, & sanctissimi viri, fuationib. Annonius testatur. At tūc in Cæsaraugustanēsi Episcopatu Vincentiū I. sed siccō coniicio, quē An. Chr. dxvi. Nou. mense, Petro Consule, in Tarragonēsi Concilio interfuisse cōstat, in eoq; subscriptū inueniri: vel fortasse Valeriu alterū, à primo diuersum; quē circiter An. Chr. dxxxii. Episcopū annotatum in quibusdam monumentis comperio. Atque huic postea, interpositis aliis, Diuus Braulius successit; Sancto Isidoro aetate, & amicitia coniunctus: qui circiter An. Chr. dcxxv. Sanctarum Massarū Ecclesiam instaurauit. Sic enim priscis illis temporibus vocabatur sacer ille locus, ad Orbē fluvii ripas in suburbano, quo nunc colitur, constitutus: ipsa siquidē spelunca, in qua innumerabilem Martirū Cæsaraugustanorū, ac Diuæ Encratis, Sociorum, & Lamberti, Reliquiæ repositæ seruabā ut. Olim autem ibi monachos Diui Benedicti degisse, manifesta omnib. & notares est: fuisseq; illius Fanī religionem tantam, vt Ann. Chr. dci. Eugenium à Toletō patria ad huiusmodi dicatorū monachorū cœnobium, tanquā ad locū religionis insignē ceterisq; aliis præcellentem, venisse constet: fuisseque ibidē aliquandiu diuersatum. Cū quē in eodem esset ipsius Diui Benedicti deditus instituto: à Cindasuinho Gothorū Rege Toletanoq; Clero in Tolitanæ Ecclesia Antistitē euectū, Eugenii III. nomine, claris vitæ operibus illustrem fuisse. Sed hac de re libet modò non alterius, quā Diui Ildefonsi testimoni-

testimonium afferre. Sic igitur ille. Eugenius alter post Eugenium, Pontifex subrogatur. Hic cum Ecclesia Regia clericus esset egregius, vita monachi delectatus est. Qui sagaci fuga Vrbem Cæsarav-
gustanam petens, illic Martyrum sepulchris inhasit: ibique studia sapientie, & propositum monachi
inchoauit. Vnde Principali violentia reductus, atq. in Pontificatum adscitus, vitam plus virtutum
meritis, quam viribus egit. Postea verò dictam Ecclesiam ad Canonicos Augustinianos de-
uenisse proditur; longoq; temporis interuallo Oſcēli Ecclesiæ fuisse contributā. Sed no-
strorum patrū memoria à Catholicis Regibus valde amplificata est, ac monachis Diui
Hieronymi commissa, & tradita: sub quotū pia, fideliq; custodia ipsorum Sanctorū Reli-
quiæ summa cū veneratione inuisuntur. Sed huiusmodi argumentum diligentissimè, vt
10 cetera, Illustrissimus Antonius Augustinus, Tarraconensis Archiepiscopus, in epistola,
quam ad me misit, pertractauit. Illius infra exemplū in extrema horū Commentariotū
parte subiicere decreui; vt ad communis patriæ laudē tanti viri euā testimoniū accedat.
Ex his igitur omnibus, & aliis quamplurimis aperte vetus illud de nostra Cæsaraugusta
Vrbe diētū, fuisse verum, colligitur: eam nimirū matrem Martyrū, ac genitricem Sancto-
rum exstissee; cùm hoc in munere, vt Ciuis nostri Prudētii, clarissimi Poetæ, verbis utar,
non à Pœnorū Vrbe, ac vix ab ipsa Roma superetur. Et hoc quidē, quod de Eugenio III.
protulimus, vix Sexaginta annos ante Hispaniæ cladē evenit. Hic autem tā longè repeti-
tus sermo eō spectat, vt à nascentis Ecclesiæ initiis ad ea vñq; tempora veræ & catholicæ
Fidei cultū fuisse semper à Maioribus nostris retentū, tantarum rerū in eadem Vrbe ge-
starū tam continuata, & perenni prolata serie ostēdamus: atq; vt cū vestigia nostra, quā-
cumq; per vrbem incedimus, in tot Sanctorū, ac Martyrū vestigiis posita viderimus; mo-
ueamur & que, ac si eorum singula illa illustria facta, & gloria, quæ ob amorem Christi
gesserunt, ante oculos propolita cernerētur; illamq; nobis afferant memoriā, quæ omniū
præstantissima est, nempe vt acriū & attentiū de illorū imitatione, ipsius Vrbis admo-
nitu, quæ illis, ac nobis communis est patria, cogitemus. Ceterū eidem, post Hispaniæ
iacturā, ea mansit conditio; vt non afflētiore, quam reliquæ Vrbes, sed interdū etiam me-
liorem subierit fortunā. A cuius tandem rei narratione, nostra huc omnis digressa est ora-
tio. Vt igitur eo reuertamur; duos præcipuos Arabici exercitus ductores eo tempore
fuisse commemorant; alterum , Muzam Abenzuyt; à quo Mužatabes fuisse appell-
30 latos nonnullis placet; alterum verò Tariff, quod monoculus esset, Abenzarca Ara-
bicè nominatum. Hi incredibili quadā celeritate nō modò ipsi Ruderico Regi exitiū de-
dēre, sed vniuersæ illius ditioni; quæ præter Hispaniā; Tingitanam prouinciā Africæ par-
tem, propterea à Sex. Ruffo, & aliis Hispaniā Transfretanā, & Hispaniā Tingitanam vo-
catam, quin & Galliam etiam Gothicam, continebat. Præcipitē namq; Maurorum furo-
rem viñtrices antea Galliæ nequaquā potuerunt, nec ipso quidē Pyrenæorum muro, co-
hibere. In Hispaniā verò tanta atrocitate irruperunt, vt ex Ruderici Archiepiscopi Tole-
tani sententia nulla ciuitas Cathedralis remanserit, quæ non fuerit oppressa, ab ipsisq; A-
rabibus occupata. Quas enim, vt idē testatur, vi non poterant subiugare, falso foedere de-
cipiebant. Cumq; militaribus copiis inter se partitis, quā plures ciuitates occupassent; ad
40 Cæsaraugustæ oppugnationem atabo conuenerunt. Ea sive oppugnata, sive promisso
foedere intercepta, tandem potiti sunt. Christiani autem qui illā incolebant, alii captivi, &
subdititii, Mužabes manserunt: alii se in fugā ad Pyrenæos montes conferentes, Re-
gnorum Supratibii, & Pompeionæ, quæ postea Aragonum, & Naçarræ titulis sunt com-
prehensa, instituta sede, liberationis patriæ initium fecerūt. Atuerò tunc Episcopum Ben-
tium in nostra Vrbe sedisse apparet ex insigni, & iucundissima cuiusdam antiquitatis me-
moria, quam in peruetusto Codice sancti Ioannis Pinnatensis priscis literis notatā inue-
ni. Canonica autē sancti Petri Tabernæ est inscripta. Id verò sancti Petri Tabernæ co-
nobium Gothorum Regum temporibus fuisse celebre, inde etiam eruitur. Est autem in
Ripacurtensi regione situm. Sed nostris sæculis, vt audio, Ouarræ insigni monasterio
50 attributum, priscum illud idem Tabernæ nomen retinet, & magnam quoq; antiquæ ce-
lebritatis memoriam. Ex ea igitur Canonica aperte satis, quinam fuerit, Hispaniæ cladi
tempore, Cæsaraugustæ Vrbis status, & condicio, percipietur. Nam eatantummodo, quæ
ad id pertineant, annotabo: ne plus quam oporteat, longior sim.

SEQUITVR TENOR CANONICÆ SANCTI PETRI DE TABERNA.

VENERANDVS pater Dauidius suo tempore praeerat in monasterio Taberna. Et beatus Belascutus sub ipso erat primus in ipsius congregationis collegio. Et merito. Qui beatus Belascutus
quadam die ad scribendi studium secessit. In quo studio eum infirmitas corporis percussit. Quain-
firmitate diu, grauiterque ægrotauit. Infirmitate ergo tanti viri cum omni congregatione contri-
status est valde Danidius pater prædicti monasterii. Solito more, cum omnireuerentia, & religione,

ut tanto viro erat dignum, venerunt eum visitare, & secundum consuetudinem sancte Ecclesie ex Apostolica iussione Domino commendare; beato Iacobo dicente: Infirmatur aliquis in vobis, inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo In nomine Domini: & oratio Fidei saluabit infirmum. Quia itaque reverentia visitare: & omni cura, Ecclesiastico ordine, caper ut reuocare memoriae condicionem monasterii Tabernæ. Sed quia ceteri erat difficultatum, & antiqua vetustate contradictum: omni solicitudine a beato Belascuto conditionem Ecclesie Tabernæ voluerunt inquirere; ut qui, ut diximus, scut erat maior merito, ita & atate. Hic itaque beatus vir acquisens precibus Abbatis, & congregationis, fideliter, veraciterq; reuocauit memoriam pro posse conditionem monasterii Tabernæ. Et sic incipit narrare. Nullus enim posset hoc dicere, postquam ipse esset egressus è corpore. Hic plura continentur, quæ ad propositum sermonem nihil attinent. Quæ vero omnino pertinere visa sunt, ea sunt huiusmodi. Decimo quinto anno Ordinationis sua: loquitur autem de Bentio, quem saepius beatissimum Cæsar Augustanum Episcopum appellauerat: furor persequitionis inualuit. Quo tempore Rodericus Rex praerat Hispania: & Saraceni Hispanias sunt ingressi. Quorum furore persequitionis nullus Christianorum ante eorum oculos viuis remanere potuit. Hac persequitione coperta, sanctus Episcopus Bentius omnes discipulos suos in unum congregauit: & cum lacrymis ait. Videte Fratres, quanta sunt peccata Christianorum, ut diuina vindicta super nos mittat impissimam zentem Saracenorum. Nunc ergo filii acquiescite consilii patris vestri, & cù codicibus vestris, & cù brachio Sancti Petri Apostoli, & cù aliis Sanctorum Reliquiis aut Româ pergamus, aut ad montes, ubi nos Saraceni inuenire non possint, fugiamus. Cui unus discipulus proterua mente respondit. Numius venit ad nos de impiissima gente Saracenorum, per quem promittunt, & iurant: ut quicunque Christianorum cum eis habitare voluerit, se eis nullum malum facturos. Isto malo consilio turbaticeteri non acquinerunt consilio patris. Cum ergo audisset, sanctus Episcopus, quod discipuli sui non acquiescerent consilio salubri, nocte superueniente, brachium Sancti Petri Apostoli, & Reliquias multorum aliorum Sanctorum accepit, & cum paucis de suis occulite de ciuitate fugit. Eodem tempore in terra ista Armentarius Comes erat. Ad quem beatus Episcopus fugiendo peruenit. Et ipse clementissimus Princeps ut eum vidit, quod conquereret: quid vellet, interrogauit. Cui beatus Episcopus ait: Cæsar Augustanus Episcopus fui, à facie Saracenorum nunc fugit; & rogo te multum, ut si habes in terra tua Ecclesiam in loco tutissimo posquam, dona eam mihi, ut habitans in ea brachium Sancti Petri Apostoli, & Reliquias beatorum Martyrum, seu Confessorum, quas mecum habeo, recondam ibi. Cui benedicta memoria Armentarius respondit: Habeo Ecclesiam terminis longis positam, in honorem Sancti Petri Apostoli adificatam; placet accipere eam, & has pretiosissimas Reliquias recondere in ea. Beatus igitur Episcopus Bentius audiens, magno gaudio repletus, ad monasterium nostrum venit: & ut decebat, Abbas noster Dominus Donatus curie congregatore a eum honorifice suscepit. Venit enim cum magno thesauro. Et tempore sua vita transiens, felice fine, requiescit in eodem loco. Eodem tempore strenuissimus Rex Carolus super gentem Francorum regnabat. Ad quem misit me Dominus Donatus: & indicauit omnia, quæ erant gesta. Igitur ipse ut audiuit talia, promisit se venturum cum maximo exercitu, & cum nimio almoniarum apparatu Hispanias; ut Saracenos inde eisiceret, & libertatem patriae recideret. Et propter amorem Sancti Petri Apostoli dedit mihi auctoritatē libertatis monasterii nostri, & insuper multa munera mihi cocepit, & cū omni prosperitate ad nostrum monasterium me remisit. Ergo post regressum meum à Francia, sanctus Episcopus Bentius adhuc vinebat, & ordinauit die, ut dedicaret noua Altaria, in quib⁹ sanctissimas recondere praecinctorum Sanctorum Reliquias. Consecrauit igitur Altare in honore Sancti Petri Apostoli, in quo reposuit brachium eiusdem Apostoli; & Reliquias de vestimento Beatae Virginis; & Reliquias de corpore Sancti Pauli Apostoli; & Sancti Andreae, & sancti Iacobi, fratrii sancti Ioannis Euangelista, & pretiosissimas Reliquias de sancto Laurentio Leuita, & Martyre, & alias multas Sanctorum Reliquias, quas modo non valeo nominare mea humilitate. Consecrauit Altare in honore Sancti Ioannis Baptista, in quo reposuit Reliquias Vasculū argenteū, plenū ex beatorum Apostolorum pretioso sanguine: & hoc dictum est certissime: & cineres de corpore sancti Ioannis Baptista: & de vestimento, & capillis sancti Ioannis Euangelista: & Reliquias aliorum plurimorum Sanctorum: quas propter numerositatem non potuise reddere memoria. Consecrauit etiam Altare in honore sancti Stephanii Protomartyris. In quo reposuit duos digitos de corpore eiusdem Martyris; & Reliquias de corpore sancti Bartholomai Apostoli; & Sancti Barnabæ Apostoli, & sancti Cipriani Martyris: & caput sanctæ Nationis: & spatulam sanctæ Alodia: & Crucis particulam de ligno Domini. His ergo rebus venerabiliter completis, conuocatis Episcopis totius provinciae ordinauit diem Dedicacionis Ecclesie. Et fuit dedicata cum magna honorificentia. Huic Dedicacioni interfuerunt septem Episcopi, & predictus Comes Armentarius, & vir nobilissimus nomine Redemptus, & ego peccator Belascutus. Et iuro vobis fratibus meis dilectissimis per diem tremendam iudicii, quod hoc, quod vobis exposui, in veritate dixi: quia oculis meis vidi: & aliqua, quæ non vidi, de ore fidelium audiui. Hac Beat⁹ Belascutus dixit, & infirmitate pressus siluit, & bonis operibus Kal. Aprilis ad celorum regnum.

regna: transiit: & iuxta Altare Sancti Petri Apostoli sepultus Imperante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat per omnia secula Sunt Reliquiae multae: quorum delectatus sunt notamina. Et ibi est caput In minori verò est Vasculum argenteum, in quo habentur multæ Reliquiae Sanctorum: Iusti, & Pastoris, & Sanctarum Iusta, & Rufine. Et est ibi scriptum, sicut superius prænotata: Belascuti. Ita vidimus esse in Altaribus. Hæc itaq; in ea Sancti Petri Canonica memorantur. Quibus quæ fides adhibenda sit, affirmare non ausim. Affirmabo autem nimis verè, me ita ea omnia exarata inuenisse in dicto peruetusto Codice Pinnatensi, antiquis literis, atq; ad eum veteri pergameno descripta, ut magnâ specie præseferant, meo quidē iudicio, veritatis.

10 De Bentio autē nihil sanè vspiam mihi legisse videor: tantum modò cōiectura ducor ad suspicandū, cum continenter Baldifredo Episcopo successisse, cuius in Decimotertio Concilio Toletano Ann. Chr. DCXXCIII. Eruigio Rege, habitu mentio fit. Siquidē in eo Freydebandus Abbas, Vicarius Baldifredi, Episcopi Cæsaraugustani, subscriptus exstat. Et eundem etiam Baldifredū constat interfuisse duobus aliis Conciliis Egicæ, siue Egicanis Regis temporibus in eadē Vrbe Toletana, habitis: priori quidē, Ann. Chr. DCXXCIIX. Posteriori verò, Ann. Chr. DCXCIII. a quo septē tantum anni interseruntur usq; ad Ann. Chr. DCC. quo Bentiu Cæsaraugustanæ Ecclesiæ prepositum fuisse, Belascuti testimonio comprobatur. Annum enim Hispaniæ clavis, quē DCCXIIII. fuisse diximus; Belascutus ipse decimum quintum Annum Ordinationis, id est, ut interpretor, Episcopatus ipsius Bentii Episcopi nominauit. A numero autē annorum Hispaniæ clavis quindecim his annis deductis, fit æque, ut Bentius Episcopatū dicto anno DCC. obierit: qui non longiori quam septem annorum interuallo, ab ultima ea Baldifredi Episcopi memoria distat, quā retulimus. Sed mihi propositū hoc loco non fuit Cæsaraugustanorū Antistitū narratione persequi. Nā id in eum librū differimus, quem de eorum serie à nascentis Ecclesiæ initiis ad hæc usq; tempora meditamus. Fuere autem plures alii, quam à me supra memorati sunt: quorū nuda tantū nomina curabo in extrema huius Capitis parte in lectoris gratiā percensere. Illud tantum modò facere studui, ut Bentiu Baldifredo successisse, eorumq; ac temporum ratione, per quā optimè cū dicto Belascuti testimonio cohærente, indicarē. Et verò Donatū eo tempore, Abbatē esse Tabernæ monasterii, de quo hæc gesta ponūtur, ex ipsis Belascuti verbis perspicuū fit: itidemq; tunc Armentariū Comitē apud nos alicuius magnæ ditionis, ac Ripacurtiēlis fortasse, fuisse potitū. Sed eoru nullā aliam, præter eam, mentionē obseruauit. Redempti verò nomē in vetustis aliis monumētis memini profecto me legisse, tenuisseq; illustris viri locū apud nos: non tamē quo anno, præterquam in hæc tempora. Tot autem Sanctorū Reliquias, & quod magnū est, sancti Petri Apostoli brachium ad nos vñquam allatum, stupesco; tamdiuq; si ita est, in eodē Tabernæ monasterio asseruari: cū tantæ rei nullam memoriā, neque in priscis Annalibus, neq; in posterioribus, tū nostris, tum eiā extēnis inueniamus. Audio tamen, dū hæc scribo, in Ouarra monasterio, cui dictū Tabernæ coenobiū, ut paulo ante diximus, attributū fuit, brachiū quoddā in maximo honore haberi sub nomine sancti Petri Heremitæ, non autē Apostoli. Fortasse à nominis similitudine ortus est error. Quod si id verū esset, & gloriāda, & prædicanda, & multis aliis antiquitatibus nostris præferenda hæc esset. Sed istius veritatis inquisitionē nemo à me exigat: eis enim, qui plus pollut antiquarū rerum scientia, libenter concedo. At dū ibi Caroli Francorū Regis mentio fit: nō Carolo Magno, sed de Carolo Martello, Pipini patre, intelligi debere existimo: quē circiter Ann. Chr. DCCXXV. Francis imperare cœpisse, Annales eorū atestantur. Quid? quod, & referri ea, potuissent ad Carolū Magnum, Pipini filiū. Is enim, vt auctor est Aemilius Ann. Chr. DCCLXIX. Regnum iniit. Quo tempore, seu nec diu postea, Belascutus eū Galliæ inuisere potuit, cū tantum ætate processisset, vt illius oratio senectutis plena à Dauidio Abate & aliis Monachis, Belascutum ipsum, moribundū iam de antiqua monasterii condicione sciscitantibus, haberetur. Ille autē moriens, cū iam ceteris ex partibus oppressa mens esset, extremū videtur sensum suū ad proferendam istius antiquitatis memoriam reseruasse. Sed mihi magis placet, vt ea gesta ad Carolum Martellū referamus. Ceterū Belascuti obitus dies, & multa alia ob vetustatē legi nō potuerūt: prop̄erea à nobis adhibita fuere tot puncta. Nam verò, ne lōgius labar, quisnā Cæsaraugustanæ Vrbis status fuerit, cū in Maurotrū potestatem venit, ex ipsius Canoniciæ verbis aperiissimè elicitur: simulq; etiā verū esse id, quod omniū traditū est sermone, plures in ea Christianos, falsis Arabū promissionibus deceptos, mansisse, vectigalia ipsis Arabibus persoluentes. Ut enim Episcopus Bentius testatur, noluerunt salubriti illius consilio acquiescere. Hi ergo postea septi, & inclusi in Parrochia Virginis Mariæ de Pilari, quamdiu Mauri Vrbē tenuerunt, habitarunt. Quo

tempore Societatem, vulgo Confratram, Beatæ Mariæ Maioris, & de Pilari, per insignem, antiquissimamque etiam in antiquissimis monumētis vocatam, initam fuisse, maiorum memoria traditum est, veteribusque apparet ex scriptis: quamvis nonnullis altiora illius initia repetenda videntur. Iam illud satis liquet, clarissimo illius, ac religiosissimo Templo, eodem ipso tempore Maurorum, non modo Ecclesiasticos viros, sed quandoque etiam ipsos Vrbis Episcopos præfuisse. Qui vero à nascentis Ecclesiæ primordiis ad Arabum in Hispaniam aduentum (cuius rei narrationem hoc loco suscepimus per tractandum) in ea Vrbe Episcopi sederunt; hi sunt. S. Athanasius, Beati Iacobi Apostoli Discipulus, enouem ab eo, ut proditur, ad Christianam nostram Fidem Conuersis unus S. Felix: S. Valerius I. Valerius II. Clemen: Costus: Vincentius I. Lucius: Valerius III. Vincentius II. Simplicius: Maximus: Ioannes: S. Braulius: Tadius: Baldifredus: ac Bentius tandem, cuius causa in hanc incidimus eorum, qui ipsum antecesserunt, mentionem. Ceteros aurem, qui post cum ad nostram usque ætatem sequuti sunt, nominatim alio in loco curabitur proferendos. Sed nunc ad rem.

DE SVPRARBIENSIS REGNI INITIIS.

Cum multæ autem, ac variæ sint scriptorum sententiae, quo tempore Suprarbiense Regnum orsum fuérit, quique primi eidem præfuerit, Reges ne, an Duces bellorum, censendi sint: nos res gestas persequemur, Regumq; & temporū seriem, quemadmodum in opinione nostra positæ est: poste à instituta disputatione, in qua veritas limetur, consilii nostri rationem explicabimus. Nec vero me fugit, nequaquam esse diligentier nimis in ea, quæ à maioribus sunt tradita, inquitendum. Sed confusius acta res est, quām quæ potuerit rectè silentio præteriri. Quamob; ē nequaquam verebiimur, dum oporteat ad ipsam veritatem illustrandam, tritis rulinquere, & nouas alias inusitatæ vias indagare: præstimum cùm iis ut tantummodo argumentis statuerit, quæ perspicua omnibus nitantur veterum monumentorum veritate Itaque perducam nunc ad finem, quām anteā cœperam enarrare patriæ nostre iacturam: unde Suprarbiensis Regni initium ductum est.

Cælarauguitana igitur Vrbe ab Arabibus capta, & oppresa, brevi tempore omnia circum circa opida, municipia, ac regiones in eandem procul fortunam deuenientunt. Christiani enim, qui tunc ea incolebant, à quorum maiori parte de ipsa condicione seruendi, ab infidelibus oblata, recusatū fuit, partias suas deserentes, aufugerunt; montosaq; Pyrenæorum loca petentes, in ipsis asperrimis saxis mansiones suas, quasi casas, pastorū more, lignis, sylvestriumq; arborū frondibus teatas, collocarū. Cùm autē sparsi cū Arabibus sè pè decertaret: ipsos superare nō poterant. Itaq; Tercenisi ferè ex ipsis collecti, speluncam prope Laccetanam Vrbē in Vruelis monte sitam, natura loci omni aditu circumcisam, ingentiq; crepidirie obsessam sibi in arcē statuentes, communierūt, sperantes se in eadē, ut Pelagio ad Asseuuæ motu euenerat, Arabū futorem euasuros. Unde nostris aliquando non receptaculo solū, sed incursionibus etiam, ac molestiis in hostes inferendis aditū cœpit patere. Abdulazizius, eo tempore, in locū Muzzæ Abenzuyti, eius patris, præfecturæ Arabum in Hispania sub eodem Alcalifa Vlüh præpositus erat: Egilonamq; Ruderici Regis viduā, vxorem dicens, Hispali sui imperii sedem constituerat. Is, ut accepit, quæ à nostris ex spelunca parabantur, timens, ne sibi, & suis inde, quemadmodum à Pelagio ex Asseuuæ monte, aliquod graue damnū inferretur; ad nostrorum impetus coercendos statim iussit suorum militares copias accersiri. Quarum ductor effectus quidā Abdemelichus Abencatanus, speluncā ipsam obsidione cepit: Christianosque omnes, qui ibi aderant, nedū viros, sed feminas, ac patuulos lactentes, vberibusque matrū inhiantes, gladio iugulauit, ac præsidia omnia, ibi à nostris parata, funditus euertit. Cuius ruinæ nonnulla hodie exstāt vestigia. Deinde ad finitima loca arma conuertens, horribili furore, ferro, igne q; cuncta vastauit. Sed Abdulazizio à suis Ann. Chr. ccxxix. Hispali interfecto, Abdelelichus, ea re cōperta, de priuatis reb⁹ cogitans, suas copias reuocadas statuit, ad planiciemq; regressus fuit, in arcib⁹ primariis, suorum præsidiis cōstitutis. Tunc nostri, q; cladem euaserant, sūisque per agros vagabātur, erigere anithos cœperunt, & ab hostili metu plusculum respirare. Abdemelicho namq; ad plana loca descendente, seditionibus ciuilibus inter suæ factionis gentes subortis implicato, nostri in montanis ipsis, & vicatim habitare, & liberius degere potuerunt. Euenerat autem, ut quidam in regerimus, ac sanctissimus vir, nomine Ioannes, iam ante incolere cœpisset speluncam illam, in ipso Vruelis monte, vt diximus, constitutā. In qua Sacellum Dño Ioanni Baptistæ dicatum, tenue, & exile, q; eius facultas fuerat, construens, omne tempus ætatis suæ, Anachoretarum instituto deditus, piè, ac religiose traduxerat: melius sibi statuens in summa egestate degere vitā inter feras, quām cū hominibus in eo motu temporum, tantaq; rerum conuersione, ac perturbatione

batione versari. Isab Atares nomen suum traxerat, Ioannesque Ataresius dictus fuerat, quod opidulo ita appellato natus fuisset. At dum mortuus fuit; magna à nostris colli religione cœpit: iam vt sine villa dubitatione crederetur in cōcilio Cælestium collatus. Iltius ergo tanti viri duo Cæsaraugustenses fratres, Otho, seu Voto, ac Felix nominati, & vestigia persequi, & eadem ipsa inire vitæ, ac virtutum cubicula decreuerunt. Cumq; aliquantulum progressi fuissent in eo genere, cursuq; viuendi: mox eosdem alii duo consequuti sunt, Benedictus siquidem, & Marcellus. Hi mita religionis societate cōiuncti, Orationibus, iejuniis, aliq; virtutum operibus Omnipotenti Deo assidue vacabant. Tot itaque claris sanctitatis testimoniis clarior ille locus effectus, à nostris cœpit frequenter visitari. Ed namq; conuenientes, in tuenda Fide Catholica, ac ferendis patiēter aduersitatibus non mediocriter confirmabantur. Dei tandem nuru, cùm aliquando illuc plurimi Christiani vndique collecti cōuenissent, seq; patria pulsos, vastas montium solitudines, quæ alioquin feris à natura datae fuerant, nec dum tanquam aduenias, aut hospites, sed tanquam prædones potius, incolentes viderent, ac pia, & sacra loca ab ipsis Mauris, tot victoriis grastantibus, profana haberi: quæ summa Dei bonitas est, effecit, vt in hac maiori nostrorum mœstia, & languore insperatae sibi salutis adscendæ amplissimus aditus pareficeret. Quippe cùm Infantis Pelagii, ac suorum in Asturia splendor, & virtus aduersu: Fidei hostes, indies crebrius perueheretur, & quæ ac quāta mirabilia illis decertantib. contigissent: nostri, vt credere licet, Diuina quadā vi ad paria aggredi edum excitati, vnicum sibi refugium, ac tot malorum remedium statuerunt, videlicet: ¶ VT legibus militaribus asticti in Maurorum ruinam sub Vnius tandem imperio conuenient. ¶ Vnde Suprabiensis Regni initium duatum fuit.

SVPRARBIENSES REGES VII.

GARSIAS EXIMINI, SVPRARBIENSIS REX I.



MAGNIS namq; prius ad Aediculam illam Sacrā ab omnibus actis vigiliis, iejuniisq; nec non & Orationibus, ac precibus multis, vt Omnipotens Deus placaretur, effusis, demū quadā die, Sacrificio Missæ Sanctissimo celebrato, vna voce, suffragiisq; cunctis, Garsias Eximini, fortis, & strenuus vir, qui & ipse Regio Gothorū sanguine, vel, vt aliis placet, Hispano genere antiquo ortus erat, tanquam præcipuus militari copiarū ductor, atq; imperator, ele&t fuit, & cōstitutus Rex. Is ante Hispaniæ excidiū, locorū Amescucę & Abarcucę in Catabrorū regione fuerat poti⁹. Quib. postea à Mauris occupatis, se in eā altitu dinē montium contulerat. Cumq; in ipso congressu adesset, Regali titulo salutatus fuit. De Anno, quo hēc gesta fuere, inter scriptores nō conuenit. Multūn. multa dicunt Nos potissimum hac in re antiquam Pinnae elem historiā sequemur: quod nulla ea certiora, magisve illustria nostrarū rerū monumēta statuamus: à quibus videtur non multum differre Beuherius Valentinus. Itaq; vt ex his percipi potest, circiter Ann. Chr. DCCXXIV. hæc facta conicimus. Garsiam autem hunc non Ducis, sed Regis nomine insignitum fuisse, verus, ac constans opinio est: à nostrisque propterea id consultò factum, vt & sibi ipsi nouæ dignitatis tuendæ nouus stimulus adderetur, Maurosque Regalis nominis maiestate maior timor inuaderet: iam vt ferè Regni nostri initia iure possint Pelagii Regni initii ad æquari. Nouus igitur Rex noui Regni obeundi sibi traditam niolem suscipiens, intrisurandi religione omnes nostros astringi voluit, quæ sibi placerent, sequuturos. Ea autem cùm præstaretur, nostri plures animi magnitudine, quam numero, quasi fururi boni euentus præfigi, insultantes, novo quodam bellico furore perciti sunt. Aderant autem non longè à Iaccerana Vrbe. Ad illius rāmen expugnationem adeundam minimè se fore statuerunt viribus, aut potentiæ æquales: ed quod estet Maurorum firmissimo præsidio communita. Vt autem eis nuntiatum fuit, ab Aynsæ opidi irruptione, quod Ripacurtensi ditioni est finitimum, non tam difficili aditu prohiberi: noctis silentio, Iaccam prætereuntes, ne à Mauris deprehensi impedirentur, per devios saltus iter facientes, improviso in ipsum Aynsæ opidum irruperunt. Atque ut sperabant, euenit. Nostrī enim Aynsam occuparunt: breuiq; Christianorum vndique omnes suas copias eò contrahentium collecta multitudine, castellis, atque arcibus eam communite cœperunt, vt quos timebat hostium impetus, sustinere possent. Mauri illico, permagna suorū armatorum manu comparata, nostris immane excidium laturi conuerunt. Maximam enim victoriæ spē in ingenti eorum numero reposuerant. At Garsias Rex non intramœnia cōtinere solū, sed Mauris obuiā ire posse ratus: acie cum illis dimicaturus contēdit. Innumerabilem autem eorum multitudinem vt inspexit, ad extre-

ma ventum arbitratus est, neque aliunde petendum esse, quam à Diuino numine praesidium. Cumque sibi, & suis necessario configendum videret, in Diuinæque virtutis auxilio, potius quam in humana villa potentia relicta spem: nostris animos addere, & ad gloriosam mortem obeundam excitare coepit. Ipsi tunc, omni spe dempta, ad necem, ut credebant, properantibus, memorie proditur, cælestè signum in aere apparuisse: Crucem scilicet rubeam, supra viridem arborem, Quercum nomine, aureo veluti in clypeo positam. Quia inspecta, certissimum sibi futuræ victoriarum præsiguum statuentes, ad acrius pugnandum commoti sunt. Itaque Diuinam opem, ac beati Ioannis Baptista implorantes auxilium, quod pro Fidei veritate certarent, libero cursu in Mauros irruerunt, summaque dimicantes contentionem, tandem omnes eorum copias profligarunt, Gar. 10 siam ipsum denuo, quod tam gloriose de Mauris triumphasset, Regem Gloriosissimum, & Inuictissimum, maximo applausu, & per honorifica militari cogratulatione, acclamantes. Inde ea Regio Suprarbiensis Regni nomine sortita est: Suprarbiensiique Regno, Regi, & posteris celestis supra arborem Crucis signum, Regiarum dignitatis stemma clarum eniuit. Neque aliunde fluxisse, constati, veteri, & illustri fama, literisque & memoria celebratur. Aynis autem opidum, arx primaria nostris constituta, propterea caput fuit antiqui Suprarbiensis Regni: in cuius nomen paulatim, quæ acquirebantur opida, cœlestre. Garsias vero Rex tanti diuinitus in se collati beneficii non immemor, Sacellum sancti Ioannis Baptistæ in Vruelis monte, ut diximus, situm, plurimis donis ornandum, & locupletandum curauit: quod postea celebre fuit sibi, & posteris Regibus monumentum. Ab ipsa autem rupe vasta, in qua erat excisum, sancti Ioanni de Pianna dictum est. Multæ postea res à nostris contra Mauros feliciter gestæ sunt; nonnullaque opida in Cantabria ab eorum manibus erepta & seruata: quibus Garsias Rex Suprarbiense Regnum, suamque ditionem amplificauit, & auxit. Tandem amplissimam gloriam propterea consequutus, mortem obiit.

758. Beutherio teste, Ann. Chr. DCCCLVIII. Eo mortuo, ad Garsiam filium ex Innica, seu Enenga uxore suscepimus, ob eamque causam Garsiam Innici appellatum, omnium consentu, & voluntate Regnum delatum est. Et vero habita temporum ratione, dicere cogimur, primi istius Regis filiam fuisse, Momeranam, seu Muninam illam, quæ ex Alfonsi Sapientis, Castellæ Regis, Toletanique Archiepiscopi Ruderici sententia, Ann. Chr. DCCLV. Froila, seu Fruela Legionensi Regi nupta fuit. Nam etsi ea alioquin illius Hedenis, Andecæ filii, filia statuatur, à quo postea nostri Aragonenses Comites, ut paulo post demonstrabimus, profecti fuere; veruntamen ipsi ambo in suis scriptis memorie prodiderunt, Muninam illam, Regia Nuarrensi progenie ortam esse: iam ut Garsiam hunc, Regem extitisse, graui hoc eorum testimonio comprobetur; cum in hæc tempora neminem alium, præter eum cis Pyrenæos regnasse perspicua omnibus, & nota res sit. Suprarbiensem vero, non autem Nuarrensem censendum esse, & quid ipsi senserint, indicabimus postea in eo Capite, in quo varias scriptorum sententias de Suprarbiensis Regni initii perstringemus. Fabricius Gaubertus, nonnullique alii, qui res nostras scriptis prodideré, in hac prima istius Garsiae Eximini Regis electione antiquum Suprarbiense Ius conditum, Magistratumq; Iustitiae Aragonum institutum tradunt. Nos aliorum sententiam sequuti, ea primo Interregno, de quo paulò post, subiicienda diximus: tametsi hoc tempore aliquod illis initium fuisse datum, facillime credam.

GARSIAS INNICI I. SVPRARBIENSIS REX II.



GARSIAS ergo filius, eodem Ann. DCCLVIII. Regnum adeptus, amplificandæ ditionis suæ cupiditate commotus, bella cum Mauris acerrime gessit, nonnullaque ab eorum potestate opida eripuit. Inter quæ, Pompelon, Vasconum primaria Vrbs, magis, magisque sui nominis gloriam illustravit. Ea, Irunensis ciuitas vernacula lingua vocari consuevit; Bambalonamque Carolus Princeps, nimis ab Vuamba Rege, minimè vero Pompelonem, seu Pompeopolim, à Pompeio Magno, ut plerique tradunt, nominatam vult. Qua de re tam feliciter gesta, siquidem quod tam celebrem Vrbem à fœda Maurorum seruitute liberasset; ad Leonem III. Pont. Max. legatos decreuit Garsias Rex, Maurorumque vexillum misit, quod in ipsa expugnatione ceperat, tanquam victoriarum partæ signum, & trophyum. Inde Pompelonensis, siue Pompelonium Rex vocatus fuit. Nec diu tamen tantæ Vrbis portitus. Paulò etenim post in Maurorum dominatum rediit. Et vero eam constat tristissimis illis temporibus in magna varietate, ac conuersione rerum versatam fuisse, atque adeo etiam totam fere Nuarrense Provin-

Prouinciam. Nam & à Mauris s̄epiū vi oppressa fuit: tum & ab Asturiarum Regibus, tum & à Suprarbiensib⁹ nostris obtenta: ac tum in Gallorum quoque decidit imperium, cum Carolus Magnus, Pyrenæos transcendens, à Maurorum manib⁹ extorsit illā, funditusq; ipsius muros iussit euerti. Propterea nec mirum, quod quæ tot fluctibus fuerit iactata, plures etiam expugnatores habuerit. Quorum unus, hic Garsia Rex fuit: parum per tamen, ut diximus, eiusdem potitus. Deniq; Regio munere gloriose perfundetus, interiit An. Chr. DCCCII. vel circiter. In Pinnaten⁹ Sacello sepultus fuit. Fortunum filium reliquit, Suprarbiensem Infantem appellatum, qui illius protinus suffectus est heres. De cuius matris nomine compertum nihil habeo: præterquā quod ex prisca quibusdam Pin-
naten⁹ Ecclesiæ monumentis, quæ apud me exstant, Domnam Totam, colligitur eam dictam fuisse. Sub hoc autem secundo Suprarbiensi Rege Garsia, Azenarius vir clarus, & præstans, primus iniit insigne Aragonum Comitis nomen, ac munus.

ARAGONENSIS COMITATVS INITIVM.

NAM intereadum Pompelonense, quod diximus, bellum ab ipso Garsia Innici, Rege gerebatur; memoriæ proditur, strenuum quendam militem, Azenarium nomine, Hedonis Aquitanæ Ducis Nepotem, ex Cantabria in hæc Pyrenæorum loca aduentasse, ipsius Garsiae Regis stipendia ineritum. Is Iacetanam Vrbem adortus, ea, nonnullisq; aliis finitiimis opidis, sua, suorumq; virtute expugnatis, ab ipso Rege donatus fuit: atque vniuersæ huic regioni, quæ vix decem & sex millia passuum latè, longeq; patebat, Comes præfectus. Cumq; à duobus Aragoniis fluminibus, quorum ripis fere constituitur, Aragonia vocaretur; his temporibus Aragonum Comitatus nomen adscivit: à quo postea Aragonenses Comites fluxere. Aragonensi vero Comitatu, & Suprarbiensi Regno, deinde subiunctis, clarum inde, ut infra explicabimus, Aragonum Regni nomen dimanauit: quod postea clarus in toto Oriente terrarum clarissimis victoriis factum fuit. Sed de his iam dicendi locus erit, cum ipsorum Comitatu seriem persequemur. Quare nunc ad institutum de Suprarbiensib⁹ Regibus sermonem redeamus.

FORTVNIVS I. SVPRARBIENSIS REX III.



FORTVNIVS itaq; I. Garsie Innici F. Garsia Ex mini N. quæ Suprarbiensem Infantem, quasi heredē Regni futurum, vocari solitum memorauimus, patri mortui fuit, omnibus annuentibus, imperium consequitus. Illud vero Fortuni nomen idem cum Ordonio esse quibusdam placet. Vix terdecim annos regnauit. In his autem amplissima gesta celebratur. Anno enim ipsius Regni Septimo, Natalis autem Chr. DCCCLX, ad Pyrenæi radices (Roncauallis loco nomen est) pugnam illam commissam constat: qua, ut Aemilii Gallici scriptoris verbis yrar, nulla unquam Francorum clade nobilior, nec fama celebrator visa est; siquidem in ea notissimi illi Francorum.

Duces, ac primarii heroës deuicti, Bernardi Carpini memorabili, & eximia virtute, Marfilio Mauro Cæsar Augustanensi Regulo, opem ferente interierunt. Ac Garibaius quidem probabile fit, hunc Fortunum Regem eo in prælio interfuisse, acriterq; in Francos dismisse. Sed incertum existimo; saltum à nullo alio præterquā ab eodem statum comperio. Et vero, ut ego arbitror, quo tempore ea pugna commissa fuit, Nauarra in illius nostri Fortunii Regis potestate non erat: sed sub illius Alfonsi Legionensis Regis imperio, qui ab ipsis Francis clarissimam huiusmodi victoriam reportauit: tametsi sat scio id Ambrosio Morali, grauissimo Historico nequaquam placere. Illud quidē satis exploratum est, quod idem ipse Garibaius scribit, Fortunum hunc, aliquot Maurorum copiis in ditinem suam insultantibus cum obuiam prodiisset, ad opidumq; Oleassæ, acies conuenissent, utrinq; postquam diu acriter pugnatum fuit, fuisse tandem ab ipsis Mauris celebre victoriae triumphum consecutum: Roncallensisq; vallis habitoribus, quod in eo prælio præstantem operam nauauissent, insigne illud ingenitatis, qua hodie gaudent, Priuli legum irrogasse. Quod Garibaius ipse se legisse perhibet: in eoq; stius Fortunii Regis, ac Sancti filii, qui continenter sequitur, clarissimam fieri intentionem. Ut hos Principes, qui primi nobis præsuere, Regale nomen adsciuisset, dubiusandum non sit. An vero Suprarbienses, an Pompelonenses, seu Nauarrenses dicti, ea controversa res est, pletiaque dissensionis inter scriptores: de qua infra, ut à me paulo est ante dictam, copiosus disputabo. Demum Fortunius hic Rex, fugatis Mauris, ditione sua aliquantulum pacata constituta, circiter Ann. Chr. DCCCLV. mortuus fuit: illiusque corpus in Sacello Pinnaten⁹ si humatum. At Galindum, Comitem Secundum, constat sub eius imperio Aragonensi bus præfuisse.

HIERONYMI BLANCAE
SANCTIVS GARSIAE, SVPRARBIENSIS REX IV.



SANCTIVS igitur Garsiae, Suprarbiensis Rex IV. Fortunii. I. F. pa-
tre mortuo Regnum occupauit. Iam enim vsu inoleuerat, vt Rega-
le munus ipsi stirpi Regia traderetur. Illud vero Garsiae nomen a-
perte constat Regem hunc patrem, atq; auum, in illius Garsiae Exi-
mini, primi Suprarbiensis Regis, memoriam usurpasse. Tum & illud
etiam sat liquet, quod omnes testantur, Nauarræ Prouinciam, tota
ferè huic Regi Sanctio in sui Regni initis subdititiam fuisse: siue
quod à Legionensibus Regibus descivisset iam, siue fortasse quod à
Mauris vindicata, de eorum manibus nunc eriperetur. Sed quid euenerit non proditur. Hoc tamen certum ponitur, hunc ipsum Re-

gem cum in ipsis Mauros denuo prosilientes, magno comparato exercitu Decimo se-
832. ptimo Regni sui anno, qui fuit Ann. Chr. D C C C X X I I . prœlium committeret: hostium
multitudine circumuentum, vna cum Quinto Aragonum Comite, Garsia, fuisse neca-
tum. Siquidem sub hoc Rege tres Aragonum Comites extiterunt: Eximini scilicet duo,
qui tertius & quartus, Comites numerari debent; ac vnicus iste Garsias, qui quintus or-
dine Comes fuit: ac verè quidem non honoris tantum, sed & calamitatis comes, ac so-
cius appellandus; quandoquidem vna cum hoc Rege victus simul, & occisus est. In hoc
autem prœlio Muzam Abenheazin, tertium Cælaraugustanensem Maurorum Regu-
lum, Arabici exercitus ductorem fuisse comperio. Etenim is, cùm alioquin Christianus
natus fuisse, Mahmeticæ sectæ se addixerat: & à Cordubensi Rege deficiens, Toletum,
Valentiam, Cælaraugustam, Tutelam, Oscam, ac magnam denique Hispaniæ partem
parere sibi coegerat armis, & vi. Quatum rerum magnitudine elatus, superbum Miral-
muminimii Hispaniensis cognomentum, quo inter Arabes summa Imperatoria Maie-
stas designatur, usurpauerat. Postea Pyrenæos transcendens, Galliam Gothicam inua-
surus, à Carolo Calvo Francorum Rege, qui eius potentiam non mediocriter pertimue-
rat, magnis muneribus, ac donis delinitus, reuocatus fuit. Et inde rediens, cùm in hunc
nostrum Regem impetu magno irrupisset, teterimum eidem, quem diximus, & vitæ, &
Regni intulit finem: ac Pompelonem Vrbem adortus, eandem, magnamque Nauarræ
partem, atque alia cis Nauarram opida, per quam celeriter occupauit. Tunc noua etiam
perturbatio rerum visa est. Sanctii enim Regis corpore ad Pinnatensem Ecclesiam, quam
amplificauerat ipse, delato; quod sine prole obiisset, Suprarbiense, ac Pompelonense Re-
gnum ad ultimum quasi interitum deductum, denuo instaurari oportuit. Vnde benigni-
tate Dei Aragonensium libertatum origo.

P R I M V M I N T E R R E G N V M.

ETENIM huiusmodi clade Christianis illata, in qua etiam dictus Garsias, Quintus
Aragonensis Comes, victus occubuit: qui ex ea viu euaserant omnes, se se statim in fu-
gam contulerunt: Nauarrenses quidem finitima opida Nauarræ petentes, urbem suam
deserere coacti sunt. Nostri vero, quos Sexcentos fuisse prohibetur, Pinnatensem spelun-
cam illam adierunt. Ea enim non solum veluti ædes sacra illis temporibus colebatur, sed
etiam tanquam arx fortissima, tutissimumque ac postremum fortunæ miseræ, & iactanzæ
perfugium. Illuc ergo nostri cum vxoribus, & liberis ultima desperatione perterriti, que-
admodum initio Hispaniæ clavis euenerat, confugientes, magna, quibus inimicorum
impetum propellere possent, parate propugnacula curauerunt. Cumq; saepius cum Na-
uarrensib; implicati, quibuscum fuerat antea consiliorum omnium societate coniuncti,
in Maurorum fortunas inuaderent, plurima eorum loca vastantes: inde sibi maximos
quaestus, ac prædas compatabant. In quarum partitione, saepè ut sit inter coniunctissi-
mos quosuis, crebræ, vel potius quotidiane suboriebatur, ciuilibus bellis nonnunquam
agitatae, contentiones: quæ Nauarrensum animos in nouorum consiliorum rationem
induxerunt. A nostris namque desciscentes (quæ mea recens opinio est) Regem sibi
præfici oportere iudicarunt. Vnde, meo quidem iudicio, nec aliunde sancte, tota que sem-
per visa est existisse, vniuersi iuris nostri ab eorum iure dissimilitudo prouenit. Atqui
nostros quotiescumque dico, & Aragonenses, & Suprarbienses intelligo. Nam et si mi-
nitia illa Aragonensium Resp. Comitum adhuc continebatur imperio: ex quo tamen
Comites ipsi semper fuerunt Regibus nostris addicti, communis eorum esse vna, & ca-
dem cum Suprarbiensi Rep. censebatur: obea inque causam de illa stabilitera ab omni-
bus simul fuisse inita communiter consilia videmus. A pristina igitur nostrorum societa-
te Nauarrenses modò se totos distraxerunt. Eximino cuidam, sin minus Innico Aristz, to-
tius

tius belli, ac instaurandi Pôpelonensis Regni summam deferentes. At verò Eximinus hic ipsius Aristæ Regis pater fuit. Quod cum Garibaius, primus ex omnibus Historicis adumbrari; non iam exprimere curabimus, atq; Eximinum hunc Régem fuisse, qua ex parte Garibaius ipse in probatione defecit, demonstrare, postquam institutam narrationem ab eo uerimus, ne eandem, interposita disputatione, obcæcemos. Deo everò nihil habeo, quod dicam, præterquam quod Rex fuit. Et regnauit is quidem, cis Pyrenæos saltem, quantum coniicere possum, paucos dies. Ac fortasse Aquitanæ Rex fuit. Nam, vt ex Annalibus Francorum colligitur, ea Galliæ pars aliquandiu Reges suos habere consuevit, Regnumque Aquitanicum vocitari. Vnde forsitan (sieri namq; potuit) Eximinus hic Regis ubi nomen adscivit. Filium autem habuit (vt colligitur ex Pinnatensi historia, de qua infra præcipua quædam Capita recitabo) Garlam vocatum; Innicus Aristæ fortasse fratrem maiorem: quem sospicor viuente patre obiisse, cum nusquam appareat Garlam ipsum regnasse. In ea enim solùm proditur, ipsos ambos, Eximinum Regem, & Garsiam filium nullo successore superlitate dececessisse. Sed in hoc saltem erratum puto: cum Aristam Regem, Eximini istius Regis filium fuisse, iam grauissimo arguento, quod paulo post afferam, confirmetur. Ex his autem coniecturam capio, ut generis illius antiquitatem ex Aquitania profectam existinem. Aristam namque Regem, qui sine villa dubitatione istius Eximini filius censendus est, omnes quotquot sunt, & recentiores, & veteres scriptores prodiere ex Bigeronensi Comitatu, qui illi tanquam patrimonium tribuitur, ad Pompelonensis Regni gubernaculum accessisse. Cumueni autem, seu Cucneni Populi, qui postea Bigorrenses, & Biernenses dicti sunt, Aquitanæ Prouinciae à Claudio Ptholomæo monti Pyrenæo continentem, seu, vt ipse loquitur, contigui subiiciuntur: iidemque Conuennæ, & Begerri nominantur à Plinio. Et aptè quadrat, vt si filius in Aquitania rerum potiebatur, ipse pater Aquitanicus iudicetur. Cum verò nostris nequaquam imperat: propterea illum non duco in nostrorum Regnum numero ponendum esse. Ceterum, vt ad reliqua pergamus: Nuarrenses, quam instituerant, viam tenentes, à nostris disiuncti, si non iam Eximino huic, saltem Innico, ipsius Eximini filio, qui Aristam postea cognominatus est, Regale nomen, ac munus detulerunt circiter Ann. Chr. DCCCXLII. Neque enim quidquam horum magis 842 certa notatione temporum percēdere possum. Innicus Regiam dignitatem adeptus, magno impetu in Pompelonem Urbem inuasit: cuius Arabes post Sancti, Quarti Regis, interitum fuerant potiti. In ea demum Pompelonensis Regni sedem instaurauit, exturbatis Arabibus & expulsis: quos quandiu vixit, continua bellis semper lacepsius. Sed intereadum hæc à Nuarrensis gesta fuere: nostros constat in componendis scris Pinnatensi Ecclesiæ rebus fuisse versatos. Eam namque amplificantes, nouas eidem Aras admouerunt. Quoniam autem Ioannis, primi Anachoretæ, aliorumque duorum Cæsaragustanensium fratum, Voti, ac Felicis, ob religionem vitæ, promouendique Supraribiæ Regni initium datum, clara apud omnes exstabat tunc, insignisque memoria: eorum corpora, nobilioribus in sepulchris condiderunt, positis ibi singulis è marmore simulachris. Quot tempore huiusmodi Inscriptionem, quam vetustus quidam Scriptor in tumulo Ioannis, primi Anachoretæ, inuentam refert, instauratam, ac renouatam coniicio.

EGO. IOANNES. PRIMVS. IN HOC LOCO. ERMITA. QVI. OB. AMOREM DEI SPRETO HOC. SÆCVLO PRÆSENTI. VT. POTVI. HANC ECCLESIAM. FABRICAVI. IN HONOREM. SANCTI. IOANNIS BAPTISTÆ. ET. HIC. REQUIESCO AMEN.

Istius verò Scriptoris nomen non comprei: sed in iis, quæ illius exstant, monumentis, de vetustiori altero Machario conqueritur, quod istius Ioannis Eremitæ vitam scribēs, hæc omnia silentio præteriūset. Conuentum præterea Sæcularium Clericorum nostri in d.ta Pinnatensi Ecclesia stabiliri curarunt, eidē Abbatem Transynirum, seu Trāsicum, præficiētes: quod viuendigenus in Hispania olim habitum fuit, quasi Monasticæ vitæ institutum. Atq; hanc antiqui eiusdem Ecclesiæ Annales secundam illius fundationem appellant. Quam tandem solemnis Consecratio, in die Sanctæ Agathæ, seu, vt aliis placet, Sanctæ Annæ, matris Dei genitricis, eiusdem Annis cccxlii. ab Innico, Aragonensi Episcopo, facta decorauit. Ille enim dies Festus, ac solēnis, tunc fuit magno vñ-

dique omnium concursu celebratus. De reliquo tamen haud cessabant prospicere, & consulere omnium fortunis: maximè ea consilia exquirentes, quæ ad benè statuendam Rempub. pertinebant. Cumque eorum animi in deliberādo in contrarias partes distraherentur, vt si; ne fortasse dum in bonorum consiliorum cursu cunctabantur, quid caperet Resp. detrimenti. Duodecim primarios Viros, vt prisca nostra monumenta testantur, se legerunt, quibus, Interregno huiusmodi durante, tota fuit ipsius administrandæ Reip. cura commissa. Hi quoddam admodum grandes natu essent, ob ætatem ipsam, Seniores sunt vocati: à quibus, vt mihi quidem placet, qui Ricohomines de natura apud nos postea dicti sunt, originem duxerunt. Et hæc publicæ rei gerendæ ratio diu viguit. Veruntamen nequaquam videbatur, premente tanto Arabum incursu, stabilis, nec firma permāsura. Nihilominus dulcedine capti libertatis, Vnius se subiici imperio formidabant: quoniam quidem prouenturam inde credebant seruitutem. Omnibus denique rebus circumspectis, rationibusque subductis, perciti, vt proditur, ab Aragonensi Comite Fortunio, demortui Comitis filio, inque ipsius locum suffecto, hanc fecerunt suorum omnium consiliorum summam: ¶ *VTI* per legatos Adrianum II. Pont. Max. (quem prisca nostra monumenta Apostolicum Aldebrandum vocant) ac Longobardos consulerent. Quem modum ad diuturnitatem imperii magis aptum statuendum esse censerent. A quibus responsum perhibent: ¶ *VTI* certo Iure, ac legibus præstitutis, præviaque iurisurandi religione præcautis, Vnum sibi Regem præficerent. Peregrinum vero dominū repudiarent. Isq; qui ab eis Rex cooptaretur, cauerent; neve ex superioribus, neve ex inferioribus esset: ne, si superior; inferiores premeret: neve, si inferior; à superioribus derideretur.

Cui consilio, ac sententiæ nostri acquiescentes, antiquum inde Suprarbiensem Forum condiderunt.

DE ANTIQVO IVRE, SVPRARBIENSI FORO NVNCV-PATO, DE QVE MAGISTRATVS IVSTI-

tiæ Aragonum institutione.

SI QVIDEM iuxta responsum datum decreuerunt omnes, Vnum aliquem virtute præstantem, Regem sibi constitui oportere. Sed tamen ne Regum arbitria, quemadmodum in aliis Prouinciis, apud nos etiam pro legibus futura essent: quasdam tulerunt leges in primis, quibus huiusmodi incommodo mederentur. Has leges postea, Suprarbiensem Forum nuncuparunt. Cuius seriem libuisset hoc loco latè persequi, & annotare prisco illo germano, ac genuino idiomate, quo conditus fuit: in eo enim plus venustatis, ac lepôris contineret. Temporum autem iniuria factum est, vt eius cognitio, aliarumque rerum antiquarum, maximè scitu dignarum, apud nos penitus iaceat sepulta. Quædam tantummodo fragmenta exstant ab ipso Carolo Princeps, nonnullisque aliis scriptoribus obseruata: quæ hoc loco à nobis summam perstringenda erunt. Sunt enim quasi prima Reip. nostræ elementa; in seque continent Magistratus Iustitiæ Aragonum institutionem, quod est instituti nostri præcipuum. Itaq; initio illius Fori præcautum fuit: ¶ *VTI* futurus Rex, quandoquidem ad eum vltro, ac sponte Regnum iam è Mauris cœripi, ac promoueri cœptum deferebatur: de legibus obseruandis, ac libertate Regni ueda, tum iurisurandi religione, tum etiam ipsarum legum vi, ac potestate premeretur. Ipsæ vero leges huiusmodi fuere.

IN. PACE. ET. IVSTITIA. REGNVM. REGITO NOBISQ. FOROS.
MELIORES. IRROGATO.

E. MAVRIS. VINDICABVnda. DIVIDVNTOR INTER. RI-COSHOMINES. NON MODO. SED ETIAM. INTER. MILITES. AC. INFANTIONES. PEREGRINVs. AVTEM. HOMO. NIHIL. INDE. CAPITO.

IVRA. DICERE. REGI. NEFAS. ESTO. NISI ADHIBITO. SVBDITORVM. CONSILIO.

BELLVM. AGGREDI. PACEM. INIRE. INDVCIAS. AGERE. REM. V. E. ALIAM. MAGNI. MOMENTI. PERTRACTARE. CA-VETO. REX PRÆTERQVAM. SENIORVM. ANNVENTE CONSENSV.

NE. QVID. AVTEM. DAMNI. DETRIMENTIVE LEGES. AVT. LIBER-

LIBERTATES. NOSTRÆ. PATIANTVR. IVDEX. QVIDAM.
MEDIVS ADESTO. AD. QVEM. A. REGE. PROVOCARE. SI.
ALIQVEM. LAESERIT. INVRIASQ. ARCERE. SI. QVAS.
FORSAN. REIPVB. INTVLERIT. IVS. FASQ. ESTO.

His ergo legibus, & sanctionibus maiores illi nostri, Regni instaurandi molem firmarunt. Id verò potissimum exstitit retinendæ libertatis præsidium, quo IUDICIS MEDIVS Præfecturam statuerunt; sic potestatem in Rege collocantes, ut in Iudice Medio temperatio inesset; quibus ex rebus conflatur, & efficitur moderatus, & concors Reip. status, quem tenemus. Ab his namq; initis rerum, ad extremam hęc vlsq; tempora videmus istius Intermedii Magistratus vi, Senerissimorumq; Regū benignitate, & clementia; & pristinā nobis libertatē, antiquumq; ius retentū fuisse, & Regie Maiestati debitā semper fidem, ac reuerentiā seruatam: neq; Regnum tantummodo aduersus Reges, sed sæpenumer Reges ipsos aduersus Regnum, istius Magistratus auxilium implorasse. Quo pāto sine vlo tumultu plurima fuerunt intestina mala sedata; quæ nisi ciuiliter fuissent compressa, videbantur certè ad communem omnium perniciem eruptura: vt iure quidem affirmare possimus, in hoc vno, & Regibus, & Regno ciuilis tuendæ cordiæ summam exstitisse. Hic Magistratus, primū Iustitia Maior: deinde ipsius Regni nomen assumens, IUSTITIA ARAGONVM appellatus est. De quo quædi 20 cere instituimus, cùm explicauerimus, quem cœpimus Reipub. nostræ progressum demonstrare, commodiūs persequemur: quanquam ista video, quæ nunc connecti vlo, separatum quoddam volumen postulare. Nihilominus decreui prius singulorum Regum facta percurrere: vt ex eorum notatione facilius, quæ fuerint eidem Magistratu sub vnoquoque Rege incrementa allata, percipientur. Itaque vt ad reliqua pergamus, re huiusmodi multos dies promulgata, & cognita, à nostris etiam tunc in primis cautum fuit: Nempe, ¶ AD præscriptas has leges dirigendam omnino, & formandam esse eius, qui Supratbiensis Rex esse concupisceret, voluntatem. Ac nisi prius de seruandis ipsis fidem suam pateretur arctissimis vinculis obligari; punctione quamcumque præpostera esse futuram.

Positis his igitur libertatis patriæ fundamentis, cœperunt singuli inter se de eo, quem Regem eligerent: disceptare. Neque id minus operosum erat. Nec verò interea ab armis vacabant. Quinimo sæpius Maurorum contra furorem & bellum, & iusta arma capientes, à suis finibus eos expellebant: satis à se, superque habere Rempubl. iudicantes, quod in illis asperitatibus, temporumque ac rerum angustiis regionem suam ab excursionibus hostium tuerentur. Post conditas autem has leges diutius nostros in ancipiū cunctatione fuisse versatos Carolus Princeps his verbis declarat. E despues que houieron deliberado de leuantar Rey, passaron assaz tiempos, que non lo fizieron, por algunas dissensiones, que entre ellos encorrian. Tametsi id non de nostris solis, sed de Nauarrensis simul attestatur. Nostri tandem ad eligendum Regem in Arahue- 40 sti opido congressi fuere, non longè ab antiquissimo, & religiosissimo illo Assaniensi cœnobio, quod Gesaleicus, siue Gesalaicus quondam extruxerat Gothorum Rex, Sancti Martini Sarasiensis primū, deinde Diui Victorianī nomine, ac memoria consecrato. Eò statim Arabes, lætitia exultantes, suas copias de finitimis opidis in aciem producētes, ad nostrorum cædem parati concurrerunt. Cumque improviso in nostros irrupissent, eos obsidentes; opidum ipsum, Arahuete, oppugnare, & labefactare cœperunt, machinisq; vndiq; admotis, vſitata rabie, & clamore, quam tumultuosissimè adoriri. Atuerò Innius Arista, iam Pompelonensium Rex, ea re comperta, instructa acie illuc præsto occurrens, cum Arabibus ipsis conflixit; hostesque nefarios, nostrorum vitæ, sanguiniq; imminentes prostrauit, fudit, occidit; & quod rem continet, nostros istius obsidionis periculo liberatos, ex ancipiū, & dubio consiliorum cursu, in eo, quem Regem constitueret, ad repentinam concordiam, & vt in se vnum inclinatione omnium voluntatum proponderent, excitauit. Nostri etenim ipsius Innici, Pompelonensis Regis, tantam, tamq; oportunè adhibitam operam magni, vt par erat, pendentes, eundem sibi in Regem cooptandum, cunctis suffragiis, eiusdem etiam Fortunii Aragonensis Comitis, vt proditur, consilio ducti, decreuere. Innico itaq; Rege ad se euocato, ac legibus, quas præstatuerant, eidem ostensis, durissimum sibi visum tradunt, quod de Iudice Medio præcautum apparebat. Attamen re ipsa attentius considerata, & perpensa, cùm sibi vltro Regnum ab hostibus ereptum deferretur: nedum ipsas leges sanxisse ferunt, verū nostris nouam aliam, siue legem, siue Priuilegium irrogasse huiusmodi: Quod

SI. CONTRA. FOROS. AVT. LIBERTATES. REGNUM. A. SE.
PREMI. IN. FVTVRVM. CONTINGERET. AD. ALIVM. SI-
VE. FIDELEM. SIVE. INFIDELEM. REGEM. ADSCISCEN-
DVM. LIBER. IPSI. REGNO. ADITVS. PATERET.

Nostros verò id, quod de Rege infideli concedebatur, quia turpe, ac indecorum iudicarunt, nequaquam sibi impertiri fuisse passos. Iurisurandi ergò religione praestita, Pompelonensis Rex Innicus, in eodem Arahueste opido, in Suprarbiensem Regem electus fuit, quantum habita temporum ratione elici potest, Circ. Ann. Chr. DCCC-LXVII. Sed istius computationis rationem in ea disputatione, quam de his omnibus aggressuri sumus, explicabimus. Quandoquidem autem ab Adriano II. Pontif. Max. vt diximus, hæc statuendi Regni forma fuit tradita maioribus nostris, qua nulla præstantio ad ciuilem tuendam concordiam adhiberi poterat: operæ pretium me factum existimauit, si adducerem hoc loco, quæ Onufrius Panuinius de eiusdem Pontificis religione, ac sanctitate suis scriptis testata reliquit: nimirum vt dum res nostras à tam exilibus, & paruis initii profectas intuemur in tantum decoris, & amplitudinis fastigium ascendisse, in quo diu easdem permanuras speramus: ipsimet Sancto Pontifici, eiusque saluberrimo consilio, si non omni, magna saltē ex parte tribuamus. Sic enim de eo Onufrius testatur in Romanorum Pontificum, quam scripsit, Epitome. *Adrianus, inquit, II. natione Italus, patria Romanus, S. R. E. Cardinalis à Papa Sergio factus, Imp. Cæs. Ludouico iuniore Aug. sedit annos quatuor, menses decem, dies duodecim. Creatus XII. Kalend. Decemb. Ann. Chr. DCCC LXVII.* Hic Pontifex cum presbyter esset, Sergio Papæ maximè familiaris fuit. A quo cùm aliquando denarios XL. dono accepisset, domum rediens, dispensatori mandauit, vt eos peregrinis, & pauperibus, qui in vestibulo domus sua stabant, erogaret. Facere ille mandata conatus, cùm videret, ne minime quidem parti tantula re satisficeri posse, ad Adrianum rediens, rem ipsam exponit. Tunc Adrianus, accepta pecunia, ad pauperes veniens, ternos denarios singulis praestit, & totidem sibi, rei familiaris satisfactus, reservauit. Admirante Dispensatore, miraculo rei: cui Adrianus, Vides, inquit, quam benignus, & largus sit Dominus ius præsentim, qui liberales, & munifici sunt in pauperes? Mortuus est autem beatus Papa Adrianus Kalend. Octobr. Anno Dominicæ Nativitatis DCCC LXVII. De hac autem, quam exposuimus, nostrarum legum sanctione, Interregno nempe huiusmodi durante, intelligendum arbitror, quod in Procœlio nostrorum Fororum continetur: Videlicet, Apud nos prius leges conditas, quam Reges creatos fuisse. Atque hæc de primo Interregno. Nunc ad Suprarbiensem Regum seriem reuertamur: qua absoluta, de tota illius ratione disputabimus.

INNICVS ARISTA, SVPRARBIENSIS REX V.

868.



INNICVS igitur, Eximini Regis F. cum Pompelonensibus, Vrbe eorum parta, iam pridem imperaret, à Suprarbiensibus ob probatā fortitudinem in eo ipso Arahuesti opido electus fuit, ac salutatus Rex Circ. dictum Ann. Chr. CCCLXVIII. Qua in re ipsum Aragonensem Comitem Fortunium, egregiam suam, suorumq; operam, atq; officiū Aristæ, consocero Regi, præstissime, scriptores quamplurimi prodidere. Siue autem in Arahuesti opido, siue, vt aliis placet, in ipso Diu Victoriani cœnobio (in hoc n. variant scriptores) adscitus fuerit: vterq; horum locus, cùm intra Suprarbiensem regionem contineatur, aperte indicat, à Suprarbiensibus, non autem à Nauatrensisbus eo tempore electum fuisse; indeque effectum, quod est consequens, vt Arista tunc Suprarbiensis Regis nomen fortiretur. Parumpertamen nostris imperauit. Ei in nostrorum auxilium cum Mauris dimicanti, cælesti signum in ære apparuisse proditur, argenteam Crucem, in scuto Cyanei coloris. Atque inde sumptum ipsi Aristæ Regi, & aliquandiu postea Aragonum quoque Regno, ac Regibus militare hoc, quod supra depinximus, ornamentum fulsit. Quæ enim eidem aristarum insignia tribuuntur, propria personæ, elogii loco, non autem Regiæ dignitatis censenda duco: ab eoque solita, vt opinor, ante partum Regnum gestari. Eam namq; ipsius animi vim, atque impetum fuisse prædicant, vt quemadmodum spicarum arista ardore flammæ, sic ille visis hostibus subito incredibili veniendi ad pugnam cum eis desiderio flagraret: propterea que Arista vocatum esse. Theudam duxit vxorem: quam alii Innicam vocant. Eandem tamen fuisse credimus, vt Theudæ propriū illius nomē esset, Innice verò, seu Enegæ (sic n. quandoq; legitur) à mariti nomine sumptum. Vetus enim consuetudo

suetudo fuit, ut vxores frequenter à virorum nominibus vocaretur. Denique famagloriosus, quod Mauros perpetuò afflixisset, in primo ipso aditu, & quasi Suprarbiensis capessendi Regni vestibulo interiit circiter Ann. Chr. cc^o lxx. Ad Sancti Saluatoris 870. Legerensis cœnobium, quod in Nauarrensi ditione exstat, sepultus fuit, Garsia filio Regnum Pompelonæ, ac Suprarbiæ reliquo herede. Eorum autem diuersam suppurationē cogimur sequi; ut Pompelonensis Regni quasi octauo & vicesimo obierit anno: Suprarbiensis verò secundo, vel tertio.

GARSIAS INNICI II. SVPRARBIENSIS REX VI.

GARSIAS ergo, Innici Aristæ F. propterea Garsias Innici, & Ennecones quandoq; dictus, Pöpelonësium etiā Rex fuit; paternq; fortitudinis imitator. Nonnullis enim opidis denuo adquisitis, suum magis dilatauit imperiū. Vxorē habuit, Vrracā, ipsius Fortunii, Sexti, & ultimi Aragonensis Comitis, cuius supra meminimus, filiā; quam alii Enengam appellant. Eam pater, prole mascula eatēs, hæc redē reliquit testamento. Atq; ab huiusmodi Aragonensis Comitatus cū Suprarbiensi Regno cōiunctione noui statuēdi imperii initiu sumpium fuit: à quo postea Aragonum Regni nomē dimanauit. Sed hæc alias pluribus. Rex itaq; Garsias ex Vrraca uxore suscepit liberos; Fortunium, & Sanctium: filiam, quoque Sanctinam, seu Sanctiam, quæ Ordonio II. Legonensi Regi, nupta fuit. Fortunium quidem, filium natu maiorem, patri in Regnis successisse, plurimis à Garibaio adductis documentis confirmatur; de quibus etiam dicemus paulò post. Sanctius verò natu minor, matris occisæ ventre exectus, clam à milite quodam educatus fuit, fratrisque postea successor cognitus, & fideli testimonio comprobatus, primus sibi apud Iacetanam Vrbem Aragonum Regis nomen vendicauit: qui vulgò Rex Sanctius Abarca dictus est. Iam verò de istius Garsiae Regis Regno hæc possum afferre: me in Regio Barcinonensi Tabulario, in Registro Gratiarum Regis Alfonsi (sic enim inscribitur Codex ille) antiquum quoddam Priuilegium compertissime, Sancto Saluatori Legerensi ab hoc Garsia Rege irrogatum: in quo se apertissimis verbis fatetur una cum Fortunio filio regnare xii. Kal. Decemb. Ann. cc^o lxxx. 880.

Hic namq; annus Aeræ Noningentesimæ decimæ octauæ ibi appositæ necessariò cohæret. Omitto autem, quod se in eodem Priuilegio tam aperte Enneconis Regis, Aristæ scilicet, filium esse, & Eximini quoque Regis nepotem confitetur; ac si illum obscuritas rei, quæ tot post saeculis futura erat, ad istius veritatis confessionem adduxisset. Sed illius Priuilegii exemplum futuræ disputationi reseruabo. Sat sit modo ex eo hæc depromplisse ad istius Garsiae Regis vitæ, & Regni tempora annotanda. De morte autem certi nihil comperti; præter id, in quo omnes scriptores consentiunt: eum, & Vrracam uxorem, cùm ad Larumbe, Nauarræ opidum, iter dirigerent, à Mauris ex insidiis oppressos, acerrima commissa pugna, simul interfectos esse, cæloq; Reginæ ventre infantulum eductum, quem diximus, Abarcam appellatum. Quæ res à Garibaio An. Chr. Dcccxxcv. 885. subiicitur; & sepulchrum etiam cœnobia Legerensi: tametsi alii in Pinnatensi Ecclesia eos sepultos tradunt. Fortasse liceret affirmare horum Regum interfectores fuisse, Mauros quosdam Mahomadem Abenlupum, & Mahomadem Athanaelum, quos, hunc, siquidem in Osca, illum verò in valle Tena, his temporibus rerum potitos constat, in nostrorumque fortunas aliquandiu vehementer insultasse. Atquæ tunc suspicor ipsam Pompelonem Vrbem denuo ab ipsis Arabibus occupatam; qui usq; eō vi oppressum tenuerunt illam, dum ab Abarca Rege ex eorum faucibus postea crepta fuit. Iam illud certum est, his temporibus Rempub. nostram fuisse ad Secundum Interregnum adductam. Cogimur tamen prius, Regem Fortunium, demortuorum Regum, quem diximus, filium interponere.

FORTVNIVS II. MONACHVS, SVPRARBIENSIS REX VII.

Si QVIDEM ad eum, parentibus mortuis, Regnum hereditario iure obuenisse Circ. dictum Ann. Chr. Dcccxxcv. plurimis ab eodē Garibaio adductis testimoniis, quibus libēter assentior, confirmatur. Ac illius nomē, & superioris Garsiae Regis fuisse filiū, aperte elicitor ex eo Priuilegio, quod dixi antea, me in Barcinonensi Tabulario inuenisse. Nam sic scriptum exstat. *Garsias Rex confirmat, & signat. Fortunius, proles Regis, confirmat, & signat.* Ea autem prolis voce, nonnunquam obseruaui in veterib. Priuilegiis, nō tantum filios Regum, sed & quos Primogenitos appellamus, interdum etiā &

nepotes, futuros successores, designari. Hicigitur Fortunius, Garsia, & Vrracæ filius, patribus heres suffectus, septimus, adeoque ultimus Suprabiaæ Rex fuit: è Cordubaque Ciuitate, vbi aderat, cum parentum clades evenit, ad capessenda hæc Regna cœuocatus. Ut autem in monumentis Legerensis cœnobii, Garibao teste, continetur, inducet eo tempore inter Cordubensem, ac Pompelonensem, Reges pactæ seruabantur. Vnde coniici posse eidem placet, Mauros, superioris clavis auctores, nequaquam è Cordubensem Regum factione fuisse, quibuscum fœdera inita erant, sed alia prorsus diuersa, & contraria. Tunc enim Mauri ipsi inter se ciuilia grauissima bella gererant. Fortasse hic Fortunius Rex, is Fortunius primarius vir est, quem Alfonsus Rex

868. Castellæ, ac noster Surita in suis Indicibus Circiter Ann. Chr. cc ∞ LXVIII. ex cuiusdam Arabicæ historiæ testimonio, commemorant à Mahomade, Abdurrahamenis filio, incursione facta, regionem Pompelonensem vastante, quadam arce expugnata, captiuum Cordubam perductum fuisse, & viceculo tandem anno magnis cum donis, muneribusque ab eo dimisum, ad tantam vixisse senectutem, ut Centesimum, & vicecentesimum annum compleuisse dicatur. Temporum enim ratione, ac præcipue in tam longa vita, & ætate, aptissime conuenit: ut qui prius seruus, & captiuus ductus fuerat; poste emancipatus, ad paternorum Regnum adeundam hæreditatem, quæ obuenierat, maximis cum donis mitteretur: atq; ut idem ipse postea etiam, cum in Legerensi cœnobio Monachis votis obstringens, imperio abdicasset; suam ad Centum, & plures etiam annos produxisset vitam. Deniq; Fortunium hunc, è Corduba adscitum, Regnum cura, & administrationem, si sine Pompelone Vrbe fuit, mutila, ac sa:is decurtatam, suscepisse appetet: eandemque Decimo sexto Regni sui Anno, seu nec longè post, cum iam gran-
901. dis eslet, dimisisse sponte Circ. Ann Chr. DCCCCI. ac in Legerensi cœnobio Monasticae vitæ instituto deditum, quod reliquum sibi vitæ fuit, in otio, & tranquillitate degisse. Illius autem obitus dies ignoratur. Nec mirum: quandoquidem ante Garibarium, qui primus illum nobis suscitauit, nulla eius Regni, vitæ, neque nominis cognitio exstabat. Nam verò hæc omnia videmus grauissimis testimoniosis conuinci. Et tametsi de eo à nullo alio scriptore mentio fiat, Regumque successiones, vitæ, & obitus, ut amicus noster voluit, de iure certi, & constantes habendi sint: tamen Priuilegia, quæ ad illius Regni comprobationem ab ipso Garibao adducuntur, tanti sunt ponderis, ac momenti, atque ita necessariò cohærent inter se, ut omnem videantur tollere dubitationem, sic ut iam, contra si quis dicere velit, non audiatur. Itaq; Fortunius hic, deposito imperio, nihil postea nisi de Diuino cultu, ac religione Sacrorum cogitauit. Cumq; Sanctii Calonis fratri ortus vel incertus, vel fortasse aliquandiu incognitus existisset; inde nostris Interregni Secundi origo data fuit. De quo, priusquam aggrediamur, ad ea quæ dicere statuimus; Aragonensium Comitum seriem persequemur. Eos enim consultò reieccimus in hunc locum, ne interpositi ordinem rerum turbarent: ac præcipue quidem quoniam eis deficientibus, qui in hoc Secundo Interregno Sanctius Abarca Cæso, istius Fortunii frater, Rex à nostris saluatoris est, cum ad eum Aragonensis Comitatus, ac Suprabienae Regnum coniunctim deferrentur, nouam Regii stemmatis nominationem inducens; primus Aragonum Rex vocari cœpius fuit. Quamobrem nunc ad Comitum narratio-
- 40 nem conuertar.

A R A G O N V M C O M I T E S VI.

Nec verò tam exploraram habeo eorum rationem, quam voluissem. Quod enim scire oportebat, quo quisque tempore fuerit; difficile dictu est de singulis: cum nomina ipsa, ac successiones, multis modis inter scriptores versentur confusa. In his autem tenebris Garibaius in primis lumen aliquod videatur attulisse. Itaque eum potissimum auctorem sequar; tametsi etiam Vincentium, Blondum, Sabellicum, veteresque nostros Historicos consecTABOR: Garibaius enim plerumq; ab aliis dissentiens, multa turbat: proindeq; necesse erit nos etiam ab eo nonnunquam dissentire. Sic igitur ille initio huiusmodi tem gestam exponit.

Inter primarios, inquit, viros, qui in fatali illo bello occubuerunt, quo Ruderico ultimo Gothorum Rege deuicto, Sarracenorum seruitus inducta fuit: quidam fuit nobilis, ac præcipuus vir, nomine Andeca, Ducum Cantabriæ præclaro genere ortus. At vero apud Gothos Provinciarum Rectores; Duces vocabantur; belliq; & pacis Magistratus erant: quemadmodum & Comites; quibus inferiores erant Thiuphadi, & Gardingi. Postea apud nos hæc Ducum, & Comitum ratio in altiorem honoris, & dignitatis gradum peruenit, quæ videmus. Andeca igitur pro patria, ac Fide strenue dimicando, à Mau-

ris, fuis

ris, siue Sarracenis ipsis occisus est. Filium Hedonem, siue Haidonem, filiam vero Venindam, pueros infantes reliquit. Ambo hi Maurorum furiam euasuri, Galliam petierunt. Hedon quidem dum ad nubilem ætatem peruenit, nobilissimam feminam, Aquitanæ Ducatus heredem, vxorem duxit: Ex eaque liberos quinq; suscepit: tres scilicet filios, Hunuldum, Vifarium, & Azenarium; ac filias duas, Meninam, seu Momeranam, aut Muninam, quam Fruelæ Legionensi Regi fuisse nuptram nonnulli perhibent. Alteram vero, cuius nomen non proditur, strenuus quidam miles ex Gothorum genie, Munnozius appellatus, Cerdaniæ Prouinciae dominator, duxit uxorem. Et vero nos Muninam eam primo Suprarbiensium Regi, Garsia, tribuere filiam, ex Alfonsi Regis 10 Castellæ, & Archiepiscopi Toletani sententia, habita nimirum ratione temporum, coacti fuimus: nisi duas eiusdem nominis habuisse coniuges (namque fieri id potuit) Fruelam ipsum Regem statuamus. Hedone autem patre mortuo Circ. Ann. Chr. DCCXXXI. illius filiis paruis relictis, Carolus Martellus Francorum Rex Aquitaniam 733. totam arripuit: eique Gubernatorem quandam præposuit, Hotgerium Cathazlot vocatum. Hunc postea ferunt Circ. Ann. Chr. DCCXXXVII. in eam regionem inuasiisse, 738. quæ postea Cathalonia ab eius nomine dicta fuit. Atque ab eo incliti Barcinonenses Comites fluxere. Post autem Aquitanæ ipsius, Eximinum, quem diximus, Aristæ patræ, etiam sub Regis nomine potuisse potiri, satis consentaneum videtur: cum ipsius Eximini longè post hæc tempora vitam, & Regnum subiiciamus. De Hunuldo autem, & Vifario, filiis grandioribus, quid egerint, nihil attinet dicere; neque etiam id proditur. Azenarius vero, eorum frater natu minor, se, ac fratres paterna videns ditione exutos, in Hispaniam reuersus, in Cantabria auiti quondam imperii domicilio, fortunarum suarum sedem collocauit. Tandem uxorem duxit: duosque ex ea liberos suscepit; Hedonæ, atq; Azenarium. Hedon quidem Vizcaiam adquisiuit; Azenarius vero Aragoniam, quæ primum Comitatus, deinde Suprarbiensi Regno copulata, Regni nomen sortita fuit. De Comitibus autem hoc loco nobis scribere est institutum.

AZENARIUS, ARAGONVM COMES I.

30



Hic itaq; Azenarius, Azenarii filius, Hedonis Nepos, Andecæ Pronepos, collecta sociorū manu, è Cantabria ad nostra Pyrenæorum loca aduertauit, Garsia, Suprarbiensi Regi secundo, ad Pompeianense bellum properanti, ut retulimus, opem latus. Cumq; ad Iaccetanā Vrbē peruenisset; cā adortus est, mirificā, ut proditur, occasiōe noctis, quod statuum Maurorū præsidium, quod illius custodiæ præpositum fuerat, ad Pompeianensis Vrbis defensionē festinarat: quæ ab eodem ipso Garsia Rege eo tempore valde premebat. Azenarius 40 igitur Iaccetanam Vrbē in suam potestatē rededit, prius illius aree expugnata, quæ Aprizia illis temporib. dicta fuit. Nonnullis postea ab eo, quæ circum Iaccam erant, opidis subiectis, aditum inde sibi ad nouæ dignitatis splendorem comparauit. Etenim Garsia ipse Rex ea de re per literas certior factus, cùm Pompeianensem Vrbem è manibus Maurorum extorsisset: bellicas vtriq; res tam prosperè euenisse, magnoperè gaudens; Azenario ipsi Iaccetanam Vrbem, ac contributa loca, quæ adquisierat, sub Comitatus nomine, perinde quasi aliquod summum suæ alacritatis, & benevolentiae signum, impertivit. Ea tunc ditio vix extra Decem & sex millia passuum fines excedebat. Quod autem Aragone amne, seu potius duobus eiusdem nominis fluminibus tota fere includeretur, Aragonia vocata fuit: proptereaq; Azenarius ipse Aragonum Comes, primus appellatus. Et vero dum vixit, semper Garsia Regis voluntati obsequiutus fuit: & illud idem omnes, qui post eum sequuti sunt Comites, in Suprarbiensium Regib. fecerunt. Comites autem quasi commilitones fuisse olim votatos quibusdam placet, quod simul cum Regibus arma contra hostes ferrent, consiliorumq; in Repub. ipsis penè pares, ac socii censerentur: atq; inde Comitis nomē, ac munus manasse. Nec vero me fugit Comitum apud Romanos multiplicité, ac variam fuisse rationem: maximè autem declinante imperio. Etenim Comites fuere sacrarum largitionum; sic dicti: qui militibus dabant stipendia. Tum Comites priuatarum; qui Camerarii, ut vocant, Principis præesse assueuerant: quib. quoq; sepulchrorum cōmissa erat cura, ne quid abrogaretur, quod semel mortuis datum esset. Id namq; detestabile scelus censebatur. Tum etiā Comites solemniorum; non longè ab iis diuersi, qui modò apud nos cæmoniarum dicuntur Magistri. Comites præterea Rationales; qui Imperatorum pecuniā dispensabant. Et commerciorum Comites; qui hominibus ad cōmercia venientib. iura

dicebant. Comites quoque rei militaris: qui sub Ducibus erant, illorum iussis, ac dictis audientes. Necnon & Comites Domesticorum; qui Premicæri quandoque dicti sunt, Illustrumque titulo, ut auctor est Cæsiodorus, quasi honorificentissimo decreto iam tunc ab ipsis Imperatoribus honestati, cum nonnulli ex aliis Spectabilis tantum vocarentur. Hi autem Augusti corporis stipatoribus præesse consueuerunt. Quin & Comites quoque laborum; quibus omnes Imperioræ domus artifices, & opifices subditi erant. Et plures alii Comites fuere, quos omnes persequi longum esset. Eorum denique apud Romanos sicut diuersa nomina, sic quoque diuersa munera existiterunt. Itidemque etiam apud Gothos. Nam & Ciuitatum Comites fuisse comperimus; qui singulis Ciuitatibus præpositi, iudicia exercebant. Sub quibus erant, ut diximus, Thiuphadi, & Gardingi, inferioresque alii nonnulli Magistratus. Atque hi Comites Ducibus, qui Rectores erant Prouinciatum, parebant ad Romanorum, quam retulimus, familiitudinem prorsus: præterquam quod apud Gothos huiusmodi Comites Ciuitatum; & belli, & pacis Magistratus erant. Fuere etiam alii; qui Comites patrimonii dicebantur, Gothorum Regum patrimonia curaturi. Comites quoque Palatii, seu Palatini: quos domestici Regum præfuisse solitos, attestantur. Et fortasse plures alias curationes munierum Gothicæ Reges ad suos Comites admouebant, quæ singulis inde sumptis nominibus notari consueuerunt. Quo pacto etiam apud Gallos sic eorum rationem constitutam legimus; ut Centum pagi Comitem agnoscerent: quinque autem Comites Ducebantur. Singuli vero pagi Iudices certos haberent, qui Centaurii dicebantur. Sed apud nos non ita habiti vñquam sunt, quasi alicui muneri publico, aut officio præsent. Nam siue à comitando, siue quasi commilitones, nostri Aragonenses Comites dicti fuerint; non Magistratus vñquam functi sunt officio; sed quo iure Reges Regni potiebantur, eodem ipsis Aragoniæ ditionis, patrimonii scilicet iure, sunt potiti. Ea autem his temporibus (ne nostra digressio à proposita narratione sit longior) sub hoc Azenario Comite, Comitatus nomen sortita, postea Suprarbiensi Regno copulata, Aragonum Regni nominis maiestatem adscivit. De tempore, quo haec gesta fuerunt, inter scriptores non conuenit. Gatibæus circiter Ann. Chr. DCC LXXX.

780. 795. prodit: & Circiter Ann. Chr. DCC XC V. Comitem hunc obiisse. Alii verò altiora inducunt haec initia; ab Anno nempe DCC LVI II. quibuscum Pinnatensis liber consernit: quām verè autem, ipsi viderint. Ceterum Azenarius hic duos filios reliquit; Galindum, & Eximinum, quorum vterque mortuo patre imperauit. Matris verò nomen non exstat: tantummodo in monumentis dicti Excellentiss. Domini Archiepiscopi, D. Ferdinandi, nobilem quandam Suprarbiensem feminam fuisse, scriptum est. Sed nunc ad rem.

GALINDVS AZENARII, ARAGONVM COMES II.



ETENIM Azenario Comiti successit filius Galindus: qui, quod Azenario patre natus esset, Galind' Azenarii, id est, Azenarii filius, quæ vetus fuit loquendi cōsuetudo, dictus fuit. Cumq; patre mortuo, Pyrenæotū iuga occupasset; Ataresiam arcē cōstruxit, aliaq; Castella ædificauit, vt eis, cōtra Arabum arma, suū magis firmaret imperiū. Necnon & in Acomueri opido cœnobium Sæcti Martini Cercitæsis condidit; nonnullosq; eidē agros, ac prædia assignauit, quæ fuerant aliquo tempore antiquæ Ecclesiæ beati Petri Siresiensis contributa. Iam verò illud etiā istius Comitis nōmē illustrauit; quod Iaccam Vrbem Iaccensi edito Foro composuit, eidē Magistratum, quem Meritum appellari voluit, præficiens; vt ordinariæ causarum cognitioni præcesset. Et is quidē apud Iaceranos nunc viget. Veruntamen de illius dignitate, si hæc vñquam fuit, magno operè est diminutum. Postea leges tulit præclaras, sub Iaccensum Fororum nomine, gratissimæ, & recenti, & veteri totius posteritatis memoriae propagatas. De eis namque sic Alfonsus I I. noster Rex, multis post annis testatum reliquit in prototypo quodam Priuilegio; in quo illas perpetua sua auctoritate de Ricardi venerabilis Oscensis Episcopi, & Sancti de Orta Maioris in domo sua, & Fortunii de Vergua, & Marci Ferricii, & aliorum multorum bonorum consilio roborare studens, antiquas Iaccæ Consuetudines, & Fueros totius illius terra, quæ est ultra Serram, versus Montanam Iaccæ, nominavit. Scio, inquit, quod in Castella, in Navarra, & in aliis terris solent venire Iaccam per bonas consuetudines, & Fueros ad discendos eos, & ad loca sua transferendos. Eorum autem præcipua Capita, quæ ex dicto Priuilegio, veteribusq; aliis monumentis eruuntur, hæc fuere.

IN PRIMIS, quod homines de Iacca de bonis, qua Deus eis dederit, si habeant infantem, si ne non; possint ordinare de bonis suis, & hereditatibus, sicut eis placuerit, nullo homine contradicente. Si autem non destinauerint; remaneant res eorum magis propinquos, qui de pro eo debent succedere. Et si non habeant propinquos; res eorum dentur pauperibus. Si autem fuerit extraneus, qui moriatur Iacca, vel in illa terra ultra Serram si destinamenum fecerit; fiat, sicut destinauerit. Si autem non fecerit destinamenum; seruentur res eorum, vel illius per XXX. dies. Et si venerint eius consanguinei, vel consanguineus, de quo non dubitetur: reddantur ei duæ partes de tota illa pecunia, & tertia detur pro anima sua consilio bonorum hominum, & Episcopi, vel Capituli de Iacca. Si autem nullus de consanguineis venerit: tota pecunia detur pro anima sua 10 eorundem consilio. Præterea homines de Iacca caueant cautius negotiari de tota illa terra: & si emerint aliquid, vel fuerint fideiuſores, vel manuleuatores; in die compromissa extraneis mercatoribus persoluant. Quod si non fecerint; hereditates eorum impignorenur, vel vendantur, & illorum corpora tradantur mercatoribus. Et ideo nullus sit fideiuſor, vel manuleuator, ultraquam potest. De latronibus vero ita statuimus. In unaquaque villa tres, vel quatuor de melioribus iacent, quod non celabunt furtam, sed demonstrabunt Merino nostro: & Merinus non audeat disceoperire illum, qui furem ostendet: & veniat fur in potestatem nostram. Quod si aliquis fuerit contradicere Merino, ne capiat furem; dicat, vobis nunc id Merinus nobis, & nos de tota villa faciemus iustitiam: & de his, qui defenderint furem, faciemus, sicut de ipso fure debemus facere. Si quis autem rapuerit, vel furatus fuerit oves, vel capras; pro unaquaq; pectet noue. Nullus tamen audiat pignorare bouem, ouem, vel capram, si habeat aliud, in quo posset pignorare: & si non habeat, in quo pignorare posse: consilio Merini pignoret oves, vel boues. Si quis pignorauerit bouem, ouem, vel aliam bestiam, & moriatur pignus ante nouem dies: nemo sit ausus reddere pellem alterius bestie, quem mortua non sit, in pignore, sed pellem illius bestie, quem mortua est, reddat, & non aliam. Quod si fecerit; iudicetur sicut latro. De appellitis ita statuimus. Cum homines de Villis, vel qui stent in Montanis cum suis ganatis, audierint appellitum; omnes capiant arma: & dimissis ganatis, & omnibus aliis suis faciendis sequantur appellitum. Et si illi qui erunt magis remoti, inuenient in Villa magis proxima appellatio: omnes qui nondum fuerint egressi tunc Villam illam, qui tardius secuta est appellitum, pectent unam baccam: & unusquisque homo ex illis, qui tardius secutus est appellitum, & quem magis remoti processerunt, paccet tres solidos, quomodo nobis videbuntur, partiendos. Tamen in Iacca, & in aliis Villis sunt aliqui nominati, & certi, quos elegerint Consules, qui remaneant, ad Villas custodiendas, & defendendas. In placitis; postquam erit iudicatum, & ex toto diffinitum: carcerreddantur in manu Alcaldi, & ipse frangat cartas. Si quis cartam subtraxerit, vel furauerit; corpus illius sit iudicatum; & quidquid habeat, sit, & remaneat in nostra manu. Ganata cum descendenterint; nullus audeat furare, vel rapere, vel pignorare, villa occasione; & non iaceant in vetatis militum, nisi per unam noctem. Cetera loca sint in Cequiis, in quibus ganata bibant: ne cequia frangantur. Si quis fuerit coniunctus, vel probatus, quod sciens fecerit falsum testimonium, & falsum iuraverit ad alium exheredandum: de corpore eius fiat iustitia, & tota illius hereditas ad nostram, & nostrorum successorum manum perueniat. Mercatores de Iacca, vel alios homines extraneos nullus audeat pignorare, nec disturbare; nisi fideiuſor sit, manuleuator, vel creditor. Si quis hoc deinde fecerit: Miller solidos nobis pectet. Si quis faciat Comandas in Iacca: sit illa Comanda salua, & secura: & nullus vel Merinus, vel alius audeat illam capere, vel collere, aut fortiare, si ille cuius est Comanda, vel facere directum in Curia, si quis de eo conqueratur. Si vero fuerit latro, vel raptor, qui non posset facere iustitiam, vel stare directo, & ratione, si aliquis de illo conqueritur: emparet Merinus illam Comandam. Feriam, sive nundinas habeatis singulis annis in Festum Sanctæ Crucis Madii, que durent per XV. dies: octo scilicet dies, post festum Sanctæ Crucis, & alios octo dies, ante illud festum. Omnes etiam illi, qui ad illas venerint nundinas, sub protectione, & defensione nostra suscipimus, quicumque vel undecimque sint.

Scio Forum hunc vulgari sermone in plures res scriptum exstare. Verum tamen, ut dixi, haec inuenio illius Capita fuisse præcipua: hancq; existimo inter Iacetanos principem, & certam esse initio constitutam, imperandi, ac prohibendi rationem: cui aliæ sensim admixta leges Ius maius fecerunt. Nec dubito, quin apud eos hic cauſatum, Iudiciorumque ordo, stante eorum Republic. & quantumdiu Aragonensium Comitum tantummodo paruerunt imperio, conseruatus fuerit. Et postea quoque facilius credam eundem ordinem apud illos per multa saecula similiter vniuersitatem: id tamen quasi municipale aliquod, opidanumque Ius, cum antiquo illo Supratbiensi Foro, reliquoque vniuerso nostro Iuri, saltim in arduis, & grauissimis rebus, consentiens. Sed iam pridem in omnibus, ipsi Iuri nostro subiacent. Libentissime autem his similia, quæ præscripta in veteribus nostrarum rerum monumentis reperi, inter historiæ cursum collocabo: quod plurima in eis sit, ac verius expressa nostra antiquitatis effigies. Deniq; ut ad istius

596

Galindi Comitis, seu Galindonis (nam sic plerumque existat) priuatas res redeam; hæc, 2.
haque his similia Decreta, ipsius laudes vehementer illustrarunt: iam ut omnibus Fortis, Bonique Principis expleuisse partes & illis saeculis, aetiam presentibus iudicetur.
Duos filios reliquit; Eximinum Azenarii, atque Endregotum Galindi. Filiam quoque
Theudam, aut Totam: quæ Bernardo, primo Ripacumensi Comiti, nupta fuit. Matris
verò nomen non comperi, nec certam aliquam temporum rationem. Neque à Garibaio
villa expressa est. Alteram præterea filiam Comes hic videtur habuisse, Sanctio, Quarto
Suprarbiensi Regi, nuptam: si modò quibusdam Oscensis Ecclesiæ scriptis standum est.
Nam in eis Galindus iste Comes, suppresso nomine filiæ suæ, Sanctum ipsum Regem,
generum suum aperte nominat. Sed sunt multa in illis monumētis, quæ ipsorum fidem
mihi dubiam reddunt. Illa verò, quæ in priscis aliis Pinnatensis Tabularii notantur,
certiorem nempe Comitem hunc fuisse cum Garsia Enneconis, quem supra secundum
Suprarbiensem Regem numerauimus, aetate coniunctum. Continent enim Comitem
Galindoneum de Aragon vna cum Garsia Enneconis Rege plurima dona eidem Monaste-
rio dedit. Et Hieronymus Surita in suis Indicibus pari etiam ratione, regnante nimis
eodem Rege; ad hoc ipso Comite alia dona Cerciensi cœnobio fuisse data, auctor est.
Numerum autem æræ erratum existimo, vel non satis bene intellec̄tum. Anno enim
cccc, vel Circ. ea omnia subiicienda duco: quin & hunc Comitem longius aetate pro-
gressum, fuisseque Fortunii, tertii Suprarbiensis Regis, temporibus implicatum. Etenim
in monumentis dicti Excellentissimi Archiepiscopi eius manu scriptum exstat: se in ve- 20
teribus ipsius Pinnatensis cœnobii tabulis obseruasse: hunc Galindum Comitem, Aze-
narii Comitis F. Aragonia Provinciæ præfectum fuisse sub regimine Regis Fortunii. Fa-
dem enim hæc verba ab eo suggesta sunt. Quoniam autem Fortunium Regem ab Ann.
ccccc. ad Ann. cccc xv. regnasse constat, sit inde, ut dicamus, hunc Comitem usque
ad aliquem horum annorum aetate processisse. Neque magis certa à me initii, aut obitus
illius ratio reddi potest.

EXIMINVS AZENARII, ARAGONVM COMES III.



Pos Galindum Eximinus Filius, Comitis munus suscepit. Illud
autem Azenarii sibi patronymicum nomen ab Azenarii anno- 30
mine sumptum referuavit. Quod posteà præclarè est usurpatum à
quamplurimis, ut suo loco dicemus; qui eo pacto desiderium genti-
lis alicuius, rerumque ab eo gestarum memoriam renouare, illius
retento nomine, curarunt. Itius verò Eximinis per paucæ quidem
res gestæ perhibentur. Ad Olcassensem proditur, commissa pugna cù
Mauris, obiisse. Annus vero cccc ii. qui Garibaio placet, minimè
huic pugnæ conuenire potest, si in ea hunc Comitem occubuisse
certum sit: cum Galindum patre post dictum annum vixisse, ex his
quæ paulò ante diximus, eruatur. Propterea suspicor istius Comitis aetatem, eamque 40
Olcassensem pugnam in Sancti, Quarti Suprarbiensis Regis, tempora incidisse: atque
in eadem etiam duorum, qui post eum sequuti sunt, Comitum aetates. Neque vero is Ol-
cassenensis locus nostrorum semper clade insignis fuit. Ibi namque ante id tempus Fortu-
nius, Rex Tertius, Maurorum aciem, quemadmodum retulimus, profligauit: atque ex
ea victoria Roncalensis Vallis incolæ celebre illud, quo hodie gaudent, ingenuitatis Pri-
uilegium, in ornamentum honoris, reportarunt. De reliquo tamen huic Eximino, sine fi-
liis decedenti, patris fratrem successisse perhibent. Quare autem frater Endregotus præ-
teritus fuerit, nequaquam proditur. Quæ verò de ipsius Endregoti filia Surita in medium
protulit, mox dicam.

EXIMINVS GARSIAE, ARAGONVM COMES IIII.



SVPERIORIS namque Comitis, non Endregotus frater, sed 50
hic patruus, Eximinus Garsiæ dictus, qui Azenarii, primi Comi-
tis, filius erat secundo loco natus, successor fuit. Vnde autem patro-
nymicum Garsiæ nomen traxerit, neque cur filio fratri in Comita-
tu præpositus fuerit; scriptum non comperi: nec de temporum serie
certum, quod afferam, præterquam id, quod paulò ante dixi, cum
dicto Sanctio Rege fuisse hunc comitem aetate coniunctum, mea-
bitrari. Iam verò quod Surita ait, ipsius Endregoti filiam, Arago-
nensis Comitatus heredem, Garsiæ, Aristæ Regis filio, nupsisse; in-
certum existimo: cum hac de re scriptores omnes ad unum idem
sentiant.

800.

815.

Sentiant: eam nimirum, quæ Aristæ filio nupta fuit, Fortunii vltimi Aragonensis Comitis filiam fuisse. Sed in hoc fuisse omnino errorem puto: quod alter Endregotus multos ab hinc annos, siquidem Centum ferme & quinquaginta, fuit Abarcæ Cæsonis Regis ætati suppar: quem constat filiam habuisse ipsius Abarcæ Regis filio, Garsia etiā vocato, ut infra demonstrabimus, collocatam. Cuius Endregotum hunc, nequaquam dubito fuisse gentilem. Neuter tamen istorum Comes fuit. Propterea Garibarium sequit, hunc in locum induximus hunc Eximinum. De quo hoc tantum memoriam proditum est; fuisse statim, ut Comes factus fuit, à Mauris interfectum, vnico filio relitto, qui illius protinus suffectus est heres.

10 GARSIAS AZENARI, ARAGONVM COMES V.



832. **E**T hic quidem Garsias Azenarii, illud quoque Azenarii nomen in primi Comitis memoriam præsetulit. Atque eundem proditur fuisse vna cum ipso Sanctio, Quarto Suprarbiensium Rege instituto certamine à Mauris interemptum, Circ. Ann. Chr. DCCXXXII. quæ pugna Remp. nostram ad Primum, quod diximus, Interregnū adduxit. In ea enim ambo ipsi, à Cæsaraugustanensi Regulo, Muz, circumuenti, occisi fuere. Veram enim vero Aragonensis Comitus ad Fortunium filium peruenit: sic ut Aragonensisibus separatum nullum Interregnum daretur. Ex quo tamen eorum, ac Suprarbiensium vna, & eadem Resp. censebatur, cum Comites semper Regum subdicitii fuiserent; quod in priuato Suprarbiensibus ipsis præcipuum fuit, id Aragonensisbus etiam cum illis fuit commune. Et ob eam causam omnibus tunc constat fuisse de statuenda Rep. curam coniunctam.

FORTUNIVS EXIMINI, ARAGONVM COMES VI.



832. **E**T ENIM Fortunius hic, quem Eximini patronymico nomine usum proditur, postquam Garsia patris mortui locū occupauit; omnium rerum, quas nostri gesserūt in primo illo Interregno, transactor, & minister fuit. Vnicam tantum habuit filiam, Vrracam, sive Enengam, Aragonensis Comitatus heredē: quam Garsias Rex, Aristæ Regis F. vt ante diximus, duxit vxorem. Atque hæc quidem nuptiæ gaudiorum plenæ pacisque & concordiæ fuerunt: q. non solum matrimonii dignitate, sed ambarum etiam ditionum sociate coniungerentur, quandoquidē utriusque eorum hereditario iure paterna bona obueniebant: Garsia scilicet, Suprarbiense Regnum;

Aragonensis vero Comitatus, Vrracæ. Certam autem temporum rationem adhibere nō possum: cum in ea mirum in modum varient scriptores. Sed iam illud compertum est satis, Fortunium hunc Comitem Sex & triginta, ac plus etiam annis Comitatus Aragonensis fuisse potitum. Nam totidem anni interiecti sunt inter Ann. Chr. DCCXXXI. quo

40 Garsias Comes pater, ac Sanctius, Quartus Suprarbiensis Rex, interiere, vnde pri-
mum nostris patuit Interregnum: & inter illius exitum, & finem, tum quando nostri
Ann. DCCCLXIX. de istius Comitis Fortunii consilio, Aristæ Regi Regnum detule-
runt: quo cum eo tempore affinitas sibi, societasque & magnæ necessitudinis caussæ in-
tercedebant. Etenim filia sua Aristæ filio iam erat sponsa; quandoquidē Ann. Chr. DCC-
LXXX. ex Priuilegio, quod infra intexere promisi, Fortunium ex ea nepotem, ex pueris ex-
cessisse colligitur. Et fortasse hæc quoq; cauſa eum impulit, ut nostros ad Aristam Regē,
consolerum suum, eligendū incitaret. Deniq; illius consilio selectū fuisse, omnium scri-
ptis testatū comperio; quibuscum etiam Pinnatenensis codex consentit: fuisseq; illum in tam
benè statuenda Rep. nostra auctore publici consilii, & sententiaz dicendaz principē illu-

50 strem in Senatu. Neq; tamē dubito, quin etsi illius bellica facta, quæ scriptis commendē-
tur, nulla exstent; nihilominus valde militaris rei scientiā percalluerit. Sed ad illi⁹ laudē
satis sit, q. Reipub. qua fruimur, machinator, & architect⁹ exstiterit: cū tam præclarū hoc
factum iure possit amplissimis multorū triumphis anteponi. Præcipua nāq; illius opera,
maiores nostri, Adrianum II. Pont. Max. Longobardosque adierunt de summa Reipub.
consulturi: Vnde antiqui Suprarbiensis Fori, Iudicisque Medii Prefecturæ initii sumptū
fuit, à quo tanquam à fonte, & capite libertatum nostrarum origo dimanauit. Quapro-
pter nō facile credam me in eo laudando insolentem, aut multum visum iri. Ceterū quo
anno obierit, incertum est prorsus. Suspicio tamen nequaquam illius vitam Aristæ Re-
gis tempora excessisse: cū ferè omnes scriptores testentur, Garsiam Regem generum,

Aragonensem

832.

868.

880.

Aragonensem ipsum Comitatum vxorio iure à sui Regni initio tenuisse. Meritò autem hoc loco ipse Rex gener, Septimus Aragonum Comes enumerari debuisset, itidemque Octauus, & ultimus, Fortunius II. Monachus, ipsius generi filius natu maior: quē deposito Regio munere, Monasticæ vitæ se addixisse Circ. Ann. DCCCCI. retulimus: ob idque Rempub. nostram fuisse ad Secundum Interregnum adductam, vnde huc digressi sumus, vt Comitum seriem prius complectemur. Sed quia iam supra explicauimus, quæ de his duobus, Septimo, & Octavo, Comitibus tradi potuerunt, dum eorum res gestas inter Suprarbiensium Regum facta recēsuimus: minime ea hoc loco iteranda duximus. Atque hæc sunt, quæ dicere habui de Comitibus. Quoniam autem ex hac Suprarbiæ, & Aragoniæ ditionum coniunctione, Secundo huiusmodi nostris Interregno dato, noua 10 noui Regni moles effluxit, Sanctio Abarca Cæsone, huius Fortunii Comitis ex filia nepote, Fortuniique Regis Monachi, vt huius Fortunii Comitis ex filia nepote, Fortuniiq. Regis Monachi, vt diximus, fratre, ad Iaccetanā Vrbem Rege constituto, vnde auspicato felix, faustumque Regale Aragonum nomen, ac munus ortum fuit: Secundum ipsum Interregnum nos nunc persequi oporteret, tenentes ordinem rerum, quem cœpimus. Prius tamen cogimur ad eam aggredi de Reipub. nostræ primordiis, quam in hunc locum distulimus, disputationem: vt eis patefactis ad Secundi Interregni narrationem reuertamur.

VARIÆ DE SVPRARBIENSIS REGNI INITIIS SCRIPTO- RVM SENTENTIAE.

MVLTAE, ac variæ sunt, ad stuporem usque inter scriptores diffensiones in antiquarum rerum nostrarum serie explicanda: maxime vero in Reipub. nostræ initiosis deducendis. Quidam enim quatuor illos, quos supra numeraimus ante Aristam, Reges omitunt; quasi Duces, & copiarum signiferi ductores, non autem Reges existent. Alii eos Reges memorant; Nauatenses tamen, seu Pompelonenses, non autem Suprarbienses fuisse vocatos, hocque Suprarbiensis Regni nomen nouè quæsitus ferunt. Alii, quæ communis ferè omnium sententia est, Aristam à Nauarrensis, & Suprarbiensis simul, eisdem Comitiis, fuisse electum Regem, tradunt. Garibaius, licet solus, primum, quod apposuimus, Interregnum subtrahere nititur, Eximino Regi, Aristæ Regis patri, Sancti 30 um, Suprarbiensem Quartū Regem, patrem tribuendo: vt à primo illo Rege, Garsia Eximini, ad Aristam ipsum non interrupta, sed continuata pro rorsus ipsorum Regum successio statuatur. De his omnibus dicere cogimur hoc loco, vt consilii nostri rationem, qua ad ea, quæ scripsimus, annotanda motu fuerimus, explicemus. In primis autem ad docendū de Eximini Regis, Aristæ patris, Regno, vita, & nomine; intexam hoc loco, quod anteā dixi, me in Barcinonensi Tabulario compereisse antiquum Priuilegium: ex quo etiam alia eruuntur. Est autem huiusmodi.

IN nomine Domini Iesu Christi. Ego Gariseas Rex, filius Enneconis Regis: Cogitans de meis innamerabilibus peccatis, quæ impudente humani generis inimico nimis temerarie perpetraui, & timens 40 in die Iudicii tremendi à sinistris pro recompensatione meorum actuum inter haedos computari: cum consilio filii mei Fortunii venio ad caenobium Sancti Salvatoris Leierensis. Et ibi praesente domino Eximino Episcopo, societatem in Orationibus, & ieiuniis, & eleemosinis, & bonis operibus accipo: Credens de Sancti Salvatoris suffragio, & Sanctorum Martyrum precibus, atque fratrum ibi deferuentium Orationibus posse defendi ab aduersitatibus in hoc seculo, & à damnatione perpetua in futuro. Igitur ut hoc mihi euenerat secundum desiderium meum, & secundum spem meam, praesente filio meo Fortunio, & Episcopo domino Eximino, & aliis meis Principibus, tribuo Sancto Salvatori, & Sanctis Martyribus duas Villas Lerdam, & Aniuessem, cum suis herentibus, id est terminis, à me, & à filio meo, & à quamplurimi determinatis. Lerdam vero habeat terminos de Sancta Cruce, quæ est in culmine montis, sicut vertit aqua usque ad vallem maiorem de Ondosse, & de vallam aiior usque 50 Bocartal, & de Bocartal usque ad Salsam, & de Salsa usque ad Samarium, & inde usque ad billosam, & de billosa usque ad Cassallo, & Ecclesiam Sancti Felicis sicut vertit aqua usque ad vinyuelas veteres, & inde in suso usque ad fontem de Camplion. Et de illo fonte usque ad Vayllsusos, & de Vayllsusos, usque ad predictam Ecclesiam Sanctæ Crucis. Aniuessem autem habeat terminos de Penna vulturina usque ad fontem, qui vocatur Axanus, & de illa fonte, usque ad pontarron, sicut currit aqua usque ad flumen Aragonis; & de culmine montis Agara cum canalibus, simul cum canale Anera nosa, quæ est iuxtam alio. Et de malio usque ad Aguilar, & de Aguilar, ad fontem de Mopoyo, & sicut currit illa fonte usque ad Vailliscofa, & de ipsa valle usque ad flumen Aragonis. Ipsas vero Villas cum terminis supradictis sic determinatas simul cū filio meo Dono ingennas, & liberas Sancto Salvatori,

Saluatori, ut nemo ibi habeat aliquam mandationem, nisi Abbas Sancti Saluatoris, & eius Monachi. Ideo De eis sic determinatas, quia magna contentio solebant habere homines de Villafilaria cum homines de Lerda, & de Aniessen, sic quod occidere se volebant. Et ne amplius habeant inter se contentionem determinauit eas, ut ab ista die in antea homines de Lerda, & de Aniessen non habeant contentionem, neque iudicium cum homines de Villafilaria, neque de aliis Villis. Qui presentes fuerunt in hac determinatione; Garsia Semenones; & Enneco Blascone de Dassebozo, & tio; & Auriolus Presbyter, & suo Neto Garcia de Arbi; & Garcia Necones; & Eldebone de Sansicu; & Enneco Blascone; & Garcia Fortuniones de Guardosse; & Sancio Yita, & Blasco Necones de Frelihana; & Galindo Benaior; & Mantio Blascones, & Galindo Garsianes de Fillaria, & suo Neto Galbussa, 10 & Fortunio Mantiones de Gordun maritu de Domna Sanctia, que fuit germana de auiatu de Falcos, & Senior Garsia Ennecones Iudice de Ondosse. Et ego Eximinus Episcopus suadente me, & rogante Domino meo supradicto Rege Garsia, ut simili modo faciam aliquid donum Domino meo sancto Saluatori, & sanctis Martyribus, ut ceteris tribuam exemplum: sciens quod pro hoc premium vita eterna adquiritur in futuro: Dono, & concedo Ecclesias istarum Villarum sancto Saluatori, & Sanctis Martyribus, Abbatii Sanctio Gentullis iure hereditario in perpetuum possidendas similiter adhuc. Et ego Rex Garsia Domum agrum inter Nauerdum, & Saucium eodem modo ingenuum. Quicunque vero hys donationi nostrae, quam pro remissione omnium peccatorum nostrorum facimus, & propriè pro remissione patris mei Enneconis, & avi mei Eximi Regis, nec non & successorum meorum, Regum scilicet, Principum, & comitum, voluerit contradicere, vel aliquo tempore 20 hereditatem siue terminum istarum Villarum, vel Villas metipsas, vel ipsasmet Ecclesias à Domino Eximino Episcopo oblatas abstrahere, vel alienare voluerit à sancto Salvatore: abstrahat eum Deus à sancto paradyso, & alienum faciat à consortio beatorum. Et ex parte Dei omnipotentis sit maledictus, & excommunicatus, & anathematizatus anathema Maran Atha & à cætu Christianæ Ecclesie segregatus, & à fronte binis luminibus carens. Demum subitanæ morte percussus, & demonibus traditus, cum Sathanæ, & Iuda traditore, qui Dominum Salvatorem tradidit, in inferno inferiori habeat portionem visurum, & lugitrum cum diabolo, & omnibus Angelis eius in sæculis sempiternis sine fine. At tum quod absit suadente diabolo cum concupiscentia sæculi, si euenerit, ex parte Dei, & sanctæ Mariae matris eius, & beatissimarum Martyrum Nunilonis, & Alodia, & omnium sanctorum, Regem, Principem, vel Comitem, qui tunc in tempore regnauerit, Coniuro & precor; ut oblationem, quam Dominus Eximinus Episcopus offert rogam meo, & sua propria voluntate, & oblationem, quam ego pro peccatis meis Deo offero, ipse per vim, aut per voluntatem, neque per iudicium non sinat tollere, vel partire. Quod si dimiserit: omnia peccata nostra, & parentum nostrorum, & omnium successorum Regum, atque Episcoporum, pro quibus hoc offerimus super cervices illius iaceant; & in die Iudicii recognoscat culpam suam, & habeat damnationem de anima sua, & hec oblatio inconsueta permaneat in sæcula sæculorum. Amen.

FACTA hac Carta Donationis, vel confirmationis Die duod. Kal. Decemb. Æra Noningentissima decima octava. Nos quoque predicti Garsia Rex, & filius meus Fortunius, qui hanc Cartam fieri iussumus, & relegentem audiuiimus, & nostra propria signa etiam ponimus, & Confirmatoribus, siue testibus ad confirmandum ostendimus: Confirmamus, & roboramus. Garsias Rex confirmat, & signat. Fortunius proles Regis confirmat, & signat. Episcopus Eximinus Pampelonensis confirmat, & propria manu signat. Episcopus Garsia Albeldensis confirmat. Episcopus Mantius in Aragonia confirmat. Abbas Sanctio Gentullis confirmat. Abbas Fortunius Sancti Emiliani confirmat. Abbas Domino Salute Sancti Prudentii confirmat. Senior Enneco Sanz in Nagera confirmat. Senior Blasco Boardellus de Biozari confirmat. Senior Mantio Sanctionis de Elessa confirmat. Senior Azenar Sanctionis de Fillaria confirmat.

Iam itaque eidens, & perspicuum omnibus esse poterit, Aristæ Regis patrem, fuisse Regem Eximinum. Cuius rei, ne alterius laudem fraudemus, inuentor non sum, sed tantum probator. Garibaius enim Pinnatensem, vt ipse ait, Historiam sequutus, princeps omnium istius Eximi Regis nomen suscitauit. Illius verò Regnum improbatum reliquit. Siquidem nusquam ex illius scriptis apparet, Eximinum ipsum fuisse Regem, Sed tantum Aristæ patre: propterea que eū supra ex hac parte in probatione defecisse retulimus. Nunc ferò vtrumque huiusmodi Priuilegio, quo cum ipsa Pinnatensis historia consentit, manifestè conuncitur: scilicet, & Regem fuisse, & ipsius Aristæ patrem: quando quidem Garsias Rex, Aristæ Regis filius, qui dictum Priuilegium Ann. cc ~~xx~~ xc. (Hic enim cōuenit Aeræ in eo appositæ) interrogavit, apertissimis verbis se, Enneconis Regis filium, idest, Innici, qui postea Aristæ dictus fuit, (veteres namque quandoque Innici loco Enneconem proferebant) & Eximi Regis Nepotem, quem auum suum appellat, profitetur. Tum etiam ex eodem Priuilegio, Fortunii nomen aperte colligitur, qui fuit Eximi præpos, Aristæ nepos, & Garsia Regis, qui priuilegium conce-

debat, filius: quem quidem nos ultimum Suprarbiensem Regem, citimum Aragonensis Comitibus annotauimus. Sed fateor ex dicto Priuilegio non elici sententiam meam, ut inde ipsius Fortunii Monachi Regnum eruamus: sed nomen tantummodo, ac Garsias Regis filium, id est, Aristæ nepotem, extitisse. Verum tamen fuisse Regem, seque imperio abdicasse, quod in Monasterio Legerensi Monachi se votis obstrinxisset; grauissimis vrgetur à Garibaio adductis argumentis, ex ipsa antiquitate depromptis: sic iam usque quis contradicere velit, quemadmodum in eius vita diximus, non audiatur. Hoc etiam, quod caput est quoque eodem ipso Priuilegio concluditur: Nempe Comitis filiam Vrracam, iam Aristæ filio nuptam esse An. Chr. DCCCLXIX. quo tempore Aristæ à nostris Rex electus fuit, ut non abs re de eodem Comite liceat suspicari, ob eam causam impensius illum, ut nostri inclinatione voluntatum in consenserū adscendendum Regem propenderent, effecisse. Idque liquidò ex certissima temporum ratione firmatur. Si enim Fortunius Monachus, Garsias Regis filius, ipsiusque Comitis ex dicta Vrraca filia nepos (neque enim Garsiam ipsum vxorem aliam duxisse constat) Ann. Chr. DCCC.XXC. quo dictum Priuilegium irrogatur, de illius rogatione, ut illius expressa sunt verba, à patre consultur; illudque etiam confirmat, & sancit: sequitur necessariò, ut filius ipse Fortunius, si non ita multum ætate processisset, saltem quartum decimum tunc ageret annum, cum in pupillari ætate nullo modo consilii vis inesse iure possit. At verò inter dictum Annum DCCCLXIX. quo electio Aristæ Regis facta fuit, & inter rogationis dicti Priuilegii annum, duodecim tantum anni interseruntur. Concluditur ergò ratio, ut quando Aristam nostri Regem adscuerunt; iam antea, biennio saltem, Fortunius ipse nepos, qui se postea, ut dictum est saepe, monasticæ vitæ instituto addixit, natus esset: sitque etiam, quod inde elicetur, consentaneum, ut propterea Comes ipse nostrorum animos, ad eligendum Aristam contra responsum datum induxisset, quia iam tunc cum eo erat hoc vinculo affinitatis deuinctus, quod eius filio filiam collocarat, nepotemque iam, ex ea filia natum, tunc haberet. Etenim cum Adrianus Pontif. Max. Longobardique nostris consulentibus respondissent, Neminem, qui præpotens esset, Regem tunc constitui oportere, ne inferiores, ut dictum est, premeret: tametsi istius rei habenda ratio fuit, ut non sine aliqua magna causa existimemus, tam citò nostros tantoperè ab huiusmodi consiliis discrepasse, ut Aristam sibi Regem statuerent, qui si non iamdiu Pompelonensis Rex (quæ recens nostra opinio est) saltem (q; perspicuum satis esse potest) Eximini Regis filius erat, prouindeq; omnes potentia, & dignitate anteibat; sed tamen graui aliquo ex nostris viro, ut pote iplo Comite suadente, verisimile est nostros eam parte incepit cursus rationē aliquantulum infleti fuisse passos, ac præcipue quidē Media illa interposita Præfectura, q; ad potestate Regiā temperandā in Repub. nostra, de pactarum legū vi, constituebatur. Nam Aristam omnino peregrinū esse, q; altero responsonis Capite vetabatur, non ausim affirmare: immo eū existimo, ex quo Eximini Regis filius erat, diutiusq; Nuarrensib; imperabat, tamquam ciuē habitū fuisse, tametsi ab Aquitania duceret fortasse gen' suū; eaq; in parte nec multum de Consultorum institutis immutatum. Ad superiorem autē mutationē consiliī non facile credam fuisse nostros vlla alia re, nisi ea moderatione adhibita, quæ ex M- dia illa Præfectura inducebatur, descensuros. Atque hæc habeo modò, quæ obseruem in istius Priuilegii verbis, quæ indicaui. Alia autem sunt, non illis certiora, ea namque certissima statuo, sed quæ me tamen oportet obseruare, ut aliquod quasi vestibulum ad huiusmodi disputationem faciamus. Quale illud est, in primis graue, ac firmum, Iacobi Regis I. testimonium, quo in rerum suarum à se editis Commentariis, se semetipsum ad Oscenses viros loquentem inducēs, Quartumdecimum se esse Regem eorum, qui in Aragonia regnarunt, expresse his Catalanicis verbis profitetur. Ea namque lingua Commentarii ipsi, eiusdem Regis manu, ante annos CCC. scripti sunt. *Varons: be creem, que saben, è deueni saber, que nos som vostre senyor natural; è de llonch temps, que XIIII. Reys ab nos ha bagut en Arago.* His ergo positis fundamentis, ut id primum, quod cetera obsecratur, dis- cutiamus: qui priores Reges enumerare omittunt, quasi Duces, non autem Reges extiterint; graui Ruderiei Toletani Archiepiscopi auctoritate in huiusmodi opinionem adducuntur, quod eos ille silentio prætermiserit, ab Aristaque Rege eeperit scribendi exordium. Idque magnopere confirmari eisdem placet eodem ipso Iacobi I. Regis testimonio; ut non solùm quatuor illi antiqui Reges, qui Aristæ antecesserunt, sed & Eximinus pater, & Fortunius nepos, ac duo etiam alii Garsias, & Sanctius, à Garibaio nuper excitati, qui inter Reges Abarcam Cæsonem, & Tremulum interponi debent, nullo modo in Regum numerum venire possint, quasi hi omnes; posteriores siquidem commentitii, & ficti Reges sint; priores autem non Reges, sed Duces. Quinimo flagitium statuentes, nouos

nouos modò Reges suscitare; minimè tantam potuisse vñquam obliuionem esse inquit
uit in scripto, præsentimque de Regibus; vt eorum nomina ne audita quidem fuerint. Cumque Iacobus ipse Rex se esse Quartumdecimum Regem fateatur, necessariò iam videtur ipsis, ab Arista ipso & Regni, & stirpis initia repetenda esse, eosque qui eum antecesserunt, è Regum; qui post eum verò interponuntur, è viuorum numero exturbando. Neque enim leniùstem tractant huiusmodi. Ac mihi quidem vetissima, grauissimaque videtur Iacobi L. Regis sententia. Sed eam nequaquam arbitror intellectam. Etenim, priores Reges fuisse, præter Garibatum, qui firmissime asserat plurima exstare, ac se vidisse vetera monumenta ea de re, omnes ferè & recentiores, & veteres scriptores, quotquot sunt, qui res nostras scriptis suis mandarint, prodidere. Ex quibus hos tantum nominabo; scilicet Alfonsum Castellæ Regem, Sapientem vocatum; Rudericum Toletanum Antistitem; ac veterem nostrarum rerum Scriptorem, in ea quæ Pinnatensis Historia inscribitur; memoratumque Excellentissimum Archiepiscopum Ferdinandum: qui in priuatis suis monumentis eandem propterea, quam nos, rerum à quatuor illis Suprarbiensibus primis Regibus gestarum narrationem persequitur. Ex Alfonsi enim Castellæ Regis, ac Ruderici Archiepiscopi Toletani scriptis aperte concluditur, ante Aristam Regem in Nauarra prouincia Reges exstitisse. Siquidem ambo ipsis, Muninnam illam, seu Momernam, de qua supra diximus; ex Regali Nauarrorum Regum stirpe profectam, Anno DCCLV. Froilæ, seu Fruelæ Asturiatum, siue Legionensi Regi nupsisse aiunt. At ea res, ac Froilæ Regum longè multum, ex ipsorum aliorumque Historiorum sententia, Arista Regis Regnum antecessit. Vnde efficitur, vt qui Aristam antecesserunt, Reges non Duces fuisse, ex eorundem Alfonsi, ac Ruderici scriptis eruatur. Auctor quoque Pinnatensis Historiae (qui monachus quidam Petrus Marfillus putatur esse, ac si non ante ipsum Archiepiscopum Toletanum, eius saltē non excessisse vitam colligitur) eos Reges nominat. Prætereà Hieronymus Surita cum Aristam primum Regem inducat; Supratbam terram (ita enim loquitur) sub Anno cc **XXXIV.** quilongè multum, etiam ex ipsius sententia, Arista Regnum, ac patris antecessit, metitò ipsis temporibus Regni nomen sortitam tradit: licet non à cælesti illo miraculo, quod supra arborem cælestis Crux apparuerit, vocatam censem, sed quia supra Arbem montem constituta sit. Sed siue hoc, siue illo modo fuerit, si eo Anno Suprabium, Regni nomen adscivit, Regum ergò imperio parebat. At in eum Annum, vel non multò longè Fortunium, & Sanctium, tertium & quartum, quos diximus, Reges, incidisse constat, multò ante Eximini, & Arista Regum tempora. Qui igitur eos antecesserunt, Reges nominandi sunt. Ac si Reges; Suprarbienses sanè: vt eorum titulus Regni, cui præerant, nomini conueniret. Quid? quod, & in Annalibus idem Surita testatur, antiquum quoddam Priuilegium exstare Ecclesiæ sancti Petri Siresiensis irrogatum; in eoque Sanctii Garsiæ Regis & cuiusdam Aragonensis Comitis fieri mentionem, atque ipsius Comitis nomen, præpostero ordine, Regio nomini antepositum esse. In Priuilegiis insuper Roncalensis vallis habitatoribus concessis, quorum Carolus Princeps meminit, & Garibaius eorum se exempla asservare ait, Garsiæ Regis, ac Fortunii eius filii, Infantis Suprarbiensis nominati, expressam factam mentionem prodit, iam vt priores quatuor, non Duces, sed Reges exstisset, cum tot grauibus testimoniis comprobetur, venire in dubium nemini certe iam possit. Neque enim rationem illam probo, Reges non fuisse, ob eam causam, quod nullius eorum Archiepiscopus Toletanus meminerit. Ille enim de ortu, & genealogia Nauatrensiū Regum scripturus (sic namque suum opus inscrisit) iure potuit de eis silete, quos nequaquam duceret in eum numerum referendos esse. Quia autem queso Garsiæ Eximini, istorū Regū, vt ita dicam, parens, appellari poterat Nauarrensis, siue Pompelonensis, quod idem est, Rex cum neque à Nauarrensis assumptus, nec in Nauarrensi ditione euectus, nec eiusdem potitus, nec in ea sepultus exstiterit? Et Rudericus ipse alio in loco aliter sensisse visus est: cum, vt supra diximus, Froilam Asturiatum, siue Legionensem Regem, eandem Momernam ex Regali Nauarrorum progenie (nam sic est apud illum) ortam, quam Alfonsus Rex Muninnam vocat, duxisse vxorem tradat, Aera **DCCXCIII.** quæ Anno DCCLV. conuenit: longè verò post dictum Annum, Aristam Regem Nauarre imperare cœpisse, idem ipse Archiepiscopus auctor sit. Quin immo inde coniecturam capio, vt eos Reges, qui Aristam antecesserunt, quandoquidem fuisse Reges inde etiam colligitur; ex quo Archiepiscopus ipse eorum non meminit, cum alioquin patria esset Nauarrus: nobis, non autem Nauarren-

sibus vendicemus : tametsi illum , dum Regalem Nauarrorum progeniem dixit , aper-
 tè videt o , eos omnes Nauarrenses Reges censendos iudicasse . Sed istius gentis est na-
 ximè proprium , ut antiquam omnem nobilitatem à se esse profectam arbitrentur . Itaque
 iam videmus ipsum illum Archiepiscopum Toletanum , nec ipsum secum , neceea cum
 re quam sibi ostendere proposuerat , constitisse : sed maiori profectò ex parte claudicasse .
 Nam de ortu , & genealogia Nauarrensiā Regum scribens , Aristam eorum Regem
 numerauit primum , cum ante eum Regalem Nauarrorum progeniem memorasset .
 Neque solum Eximinum Regem , ipsius Aristæ patrem , præterit , sed Fortunium
 etiam nepotem ; quorum vierque , Eximinus quidem , si ita sit , Nauarrensis solis
 Fortunius vero ipsiis , ac Suprarbiensisbus simul , quemadmodum demonstrauimus , im-
 perauit . Porro & ex eorundem Archiepiscopi Rudericī , & Castellani Regis scriptis
 colligitur aperte , post miserabilem illam Hispaniæ cladem , quando illius instaura-
 tio eo , quem diximus , modo fieri coepit : Froilam ipsum , nonnullosque alios tum
 an etum post eum Legionenses , siue Austriatum Reges , ipsius Nauarre satis diu fuis-
 se potitos : & quandoque in illam , quod ab eorum nomine , & imperio defecisset , vehe-
 menter insultasse . Atque eo tempore complures Nauarrensiū , Suprarbiensisbus Regib⁹
 se totos addixisse , ipsiisque paruisse , quo usque Arista ab eis Rex adscitus fuit ; Beutherius
 Valentinus , quē grauissimum scriptorem iudico , auctor est : Aristamq⁹ primum omnī,
 Nauarrensem Regē fuisse , tum ipse , tum idē ille Carolus Princeps attingantur . iam ve-
 nientes etiam satis bene colligi possit , quatuor illos ante Aristam Reges , nequaquam Nauar-
 renses Reges censendos fuisse : tametsi eos , ita Scriptorum vulgus , hiscē nūn me notatis
 rebus , appellari . Sed hac de re plura paulo post . At verò ipsum Suprarbiense nomen
 haud nouè quæstū , sed priscum nimis , & antiquum esse præter varia , ac multa aliorum
 scriptorum testimonia : usitatæ etiam illæ Regalium Priuilegiorum formulæ valde con-
 firmant . In ferè omnibus namque Priuilegiis , quæ exstant à sanctio Maiori , & post
 eum ab aliis & nonnulla ab anterioribus Regibus interrogata , aperte videamus , eos omnes
 hanc consuetudinem loquendi seruasle , ut cum initio se tantummodo Aragonensis ,
 & Pompelonensis Reges fateantur (Nauarrensiū etenim in antiquis Priuilegiis
 nulquam memini profectò me legisse) in extrema parte , post appositam illam usitatam
 temporis notationem , sub his verbis : Facta Carta ; & reliqua : Regales alias Ditiones , qui
 bus præerant , ostenderent , loquentes hoc modo : Regnante me Rege Sanctio in Pamplona ,
 in Aragone , in Superarbi , & in R̄pacurtia . Sic enim quandoque Suprarbiī vocem scriptam
 inuenio . Singulas autem huiusmodi Ditiones , Regna fuisse perspicuum est planè . Eo au-
 tem genere loquendi demonstratur , eas , quæ aliquandiu diuersæ fuerant , iam tunc con-
 iunctas , & copulatas illius Regis imperio parere , qui se in illis regnare proficitur . Quod si
 Suprarbiensis Ditione Regnum fuit vñquam id certè ante Abarcam Cæsonē esse oportuit .
 Illius namque nominationem poste & usitatius Aragonum Regni nomen exorbuit , quod
 primus sibi Abarca ipse Cæso vendicauit ; sic , ut nisi in extremo Priuilegiorum , eo ,
 quem diximus , modo , nequaquam appareat . Atque hoc pacto sensim profectò fuit
 priscum illud Suprarbiensis Regni nomen antiquatum . Et ex his omnibus etiam a 40
 pertè colligitur , quam supra intexuimus nostri Iacobi I . Regis sententiam ita omnino
 interpretandam esse , ut ea stirpis nullomodo , sed Regni ; Regni verò Aragonum lo-
 lius initium denoteatur : neque ab ipso Rege Iacobo , dum se Quartum decimum Regem
 numerauit , ullam prorsus Regum , qui Abarcam Cæsonem antecesserunt , habitam fuis-
 se rationem . Nam si stirpis initium denotasset ; ab Eximino Rege originem sumēdo , For-
 tunioque Rege , Monacho , Cæsonis Abarç fratre , numerato , etiam exclusis duobus aliis
 Regibus , qui inter Cæsonem ipsum , & Tremulum , ut memorauimus , interponi debent ;
 non Quartus decim⁹ , sed Sextus decimus potius numerādus eset . Quod si eos duos nu-
 meremus , quemadmodū numerandos esse , Regesq⁹ fuisse demonstrabimus . Octauus de-
 cimus numero fuisse omnino . Si verò alterius præterquā Aragonū Regni initium signi-
 ficare voluisset ; neq⁹ etiam constare sibi illo modo posset , quin in eodē , ac in maiori certè
 ipsius notæ errore versaretur . Iam tunc enim paulò altius , siquidem à Garsia illo primo ,
 quem diximus omnī Regum parentem appellari posse , repetere numeri ipsius initium
 cogebatur , eoque ceteros Reges complecti ; qui nobis post Hispaniæ iacturam imperarunt .
 Quo pacto Secundus & vicesimus Rex numerari debuisset . Neque verò dum Garsiam
 primum , omniū Regum parentem nominaui cum Garibao consentio , qui Primum Inter-
 regnum subtrahere nititur , Eximino , Aristæ patri , Quartum Suprarbiensem Re-
 gem Sanctum , patrem tribuendo , ut ab eodem Garsia continuata Regū successio deduc-
 catur . Ea enim in re Garibaium deceptum fuisse demonstrabo . Sed quia prim⁹ in Repub.
 nostra

nostra Princeps exstiterit Garsias Rex, qui ceteris ad statuendum Regnum aditum fecit illustrem. Hunc igitur, & reliquos omnes, qui post eum sequuti sunt Reges, una secuta Jacobus ipse ad auferre debuisset, si initium Regni simpliciter denotasset: sicque is loiger, & maior fuisset numerus effectus, quē diximus. Fit itaque vt cum neq; stirpis, neq; Regni simpliciter initium denotaret; quid aliud significare, atque annuere voluerit, explicemus. Quā in re nefas omnino erit, vt ex illius verbis quidquam aliud, quām quod ipse expresse voluit, excipiamus. Cūm verò ipse non simpliciter se *Quatuor decimum* Regem numeraret, sed addiderit etiam, *eorum qui in Aragonia regnarunt*: aperta res erit non, aliter interpretatā esse illius mentem, ac videntur sonare ipsa verba. Vnde efficitur planè necessario, vt Aragonum Regni initium denotatum fuisse concludamus: neque Iacobum Regem eo numero aliorum, nisi eorum tantummodo rationem, qui in Aragonia regnarunt, concepisse, quandoquidem in ea tam clara verba, & aperta illius omnino fuit conclusa, comprehensaque sententia. Quod si præterita repetamus, demonstrandi causa, qui fuerint Reges, qui in Aragonia regnarint, illudque Aragonum Regni nomen præsetulerint: neminem eorum, quos hucusque retulimus, sed Abarcam Cæsonē principem, qui continenter post eos describendus proponitur, reperiemus. Nam à Secundo Suprabieniū Rege, ad Aristæ ætatem, atq; obitum, iam supra Aragonum Comites viguisse demonstrauimus. Garsiam, verò Regē Aristæ filium, Aragonensisq; Comitis generū, qui uxorio iure Aragonensem ipsum adiit Comitatū, quiq; primus verè Aragonum Rex 20 vocari potuisset: huiusmodi nomen adsciuisse ex eo, quod intexuimus, Priuilegio non constat. Immo illud Comitatus retinuisse nomen vel inde colligitur, quod bis geminatis, atque duplicatis verbis inter successores suos, Comites aperte nominauit. Aragonenses autem significari clarissimum est, ex quo successores dixit, id est, posteros, quibus à se nascendi conditio data esset. Alterum enim Comitatum præterquam Aragonensem, ad eum nullum peruenisse competimus, vt intelligi possint hæc verba de eo. Quin ea verborum geminatione innuisse videtur, se ita animo, ac metite concepisse, vt crederet illud Comitis nomen incolue ad posteros omnino peruenturum, neq; eam, quæ citò ab Abarca Cæsone filio facta fuit, ipsius nominis mutationem futuram. Atque illud idem, q; pater, Fortunum Monachum filium suspicor seruasse. Quāmobrem hosce ambo Reges, Garsiam Aristæ filium, & Fortunum Monachum Aristæ Nepotem, tame si Aragonensis Comitatus fuisse potitos colligitur; retento tamē ipso Comitatus nomine, vt in Aragonia regnasse propriè enuntiati non possit. At Abarcam Cæsonem apertissimè ex omnibus suis Priuilegiis, Aragonum Regem, seu Aragonensium appellari solitu[m] fuisse apparet. vt is primus verè dici possit in Aragonia regnasse; quandoquidem primus præclararam eam, quæ posteris hereditaria permanuit, tituli mutationem induxit, vt Aragonium nomen in altiorem locum, scilicet in Regiæ dignitatis amplitudinem, & gradum ascenderet. Post ipsum autem Abarcam Cæsonem, duobus interpositis Regibus, Garsia, & Sanctio, auo, & patre Garsiae Tremuli Regis, quos nuper Garibaius suscitauit: sic certè, vt ipso Iacobi Regis quatuordecimi numeri nota aptissimè Regibus ipsis conueniat, sic vt nullo modo aliunde ea petenda sit. Vnde etiam aperte illorum error conuincitur, qui Ramirum, sive Ranimirum, quod visitatius fuit nomen, primum Aragonum Regem numerarunt; cùm septem tantummodo sint inter eum, ac Iacobum ipsum I. Reges interiecti. Sed paulò post plura ea de re. Iam verò Primum, quod apposuimus, Interregnū Garibaius ipse subtrahendum censet, Pinnatensis Historiæ, vt ipse ait, fide, & auctoritate commotus: siquidem Eximinum Regem, Aristæ patrem, filium fuisse tradit Sanctii Regis, quem nos Quartum Suprabienensem Regem numerauimus. Sed ab eo dissentio, cùm id nequaquam ex ea Historia, ad quā ille se refert, eruatur. Hæc namq; illius sunt verba. Post mortem Regis Fortunii Garsiae, loquitur autem de primo Fortunio, qui fuit Tertius Suprabiensis Rex, regnauit in Pamplona Rex Sanctius Garsiae: scilicet idē ipse, quē 50 Quattuor memorauimus. Post ait, Et regnabat in Sturiis Rex Ordonio, qui tunc fuit deuictus per Regem Cordubæ, vocatum Abdurramen Anno scilicet Domini DCCCXX. Et tunc temporis gens Sarracenica ob victoram de dicto Rege Ordonio obtentam supradictam, maiori audacia transierunt montes Pyrenæos, & adquisierunt usq; ad Ciuitatem Tolosanam: sic quod propter terrorem Maurorum nemo eis poterat resistere. Quinimmo Christiani fugientes & deserentes loca, ubi hababant, propter metum, & terrorem Maurorum recolligebant se in spelunca Sancti Ioannis de la Penya, tanquam refugium singulare. Erant quidē ipsi Christiani usque ad numerū Sexcentorum. Qui cum uxoris, & filiis, & omnibus eorum bonis recollegerunt se in dicta spelunca, ubi erat edificata Ecclesia sancti Ioannis Baptiste: quam ad honorem Dei & Sancti Ioannis augmentarunt, & multipliciter decorarunt. Et subsequenter tū magna deuotione, & contritione suorum peccaminum, fidelē

confessione pravia, & cū magnis hymnis, & cantibꝫ humiliter, & deuote translulerunt corpus ipsius
 Sancti Ioannis: loquitur autē de primo Anachoreta, quem diximus Ataresiū nominari, il-
 ludqꝫ tumularunt in quadam pulchra tumba: suprā quam nomen, & vita ipsius Sancti erat scripta
 teris mirificè sculptis. Quæ siquidem tumba fuit posita inter tria Altaria Invocationū sancti Ioannis
 Baptista, sancti Iuliani, & sancta Basilica, ibidem antea edificata. Subsequenter dicti Christiani, iu-
 ducti deuotione maiori, edificarunt itidem duo Altaria: unū ad honorem sancti Michaelis, & subin-
 uocatione ipsius: aliud sancti Clementis. Et statuerunt ibi Monasterium, & constituerunt Abbatem
 nomine Transirico, & Clericos, qui propria voluntate, & ad honorem, & reverentiam Dei, & San-
 ctorum ibi sepulchorum renuntiauerunt desideriis carnalibus & mundanis. Et hoc fecerunt, ut Deo,
 & Sancti eos præseruarent a persequitionibꝫ, quas Mauri eis infligere conabantur. Et quilibet ipso-
 rum Christianorum construxit imbi propriam mansionem: & ibidem infra breve tempore fuit con-
 grua populatio. Et procurarunt ipsum Monasterium consecrari per Episcopum Aragonensem, vocatū
 Ennecum, die sancte Agathæ. Regnauit autem dictus Sanctius Garsia Rex Pamplona Viginti annis.
 Mortuo quidem dicto Rege regnauit Eximinus Garsia cum suo filio Garsia quorum alia memoria
 non habetur: decesserunt enim, nullo Rectore, vel successore eorum superstite. Nec plura cer-
 tè in ea Pinnatensi Historia, quam habeo (atque eadem ipsa est, quam Garibaius se-
 pud Suritam nostrum legisse refert) de his Sanctio, & Eximino Regibus, ac filio Garsia
 scripta continentur. Inde autem, nisi me forte fallo, Sanctum Quartum, quem diximus,
 Regem, Eximini patrem fuſſe nequaquam elicetur. Hiautem Eximinus, & Garsias, ii
 sunt, quos supra, patrem, ac fratrem Aristæ memorauimus. Et in hoc vno errasse constat
 istius historiæ auctorem, quod cum Aristam, ipsius Eximini Regis filium fuſſe, ac
 patri successisse, grauissimo illius Priuilegii, quod paulò ante intexui, testimonio com-
 probetur: ipse vero, Eximum, ac filium nullo successore superstite obiisse, affirmet. Im-
 mó ex quo Eximium ipsum, Eximum Garsia, nominauit, patre non Sanctio, sed Gar-
 sia vocato, fuſſe natum dicere, cum alioquin Eximinus Sancti iuxta veterē consuetu-
 dinem vocari debuisse: iamque Garsiam ipsum, Eximini patrem, persuadeo mihi non Re-
 gis, sed priuat' herois personam sustinuisse. Ea verò omnia, quæ à nostris in Pinnatensi
 Spelunca facta perhibentur, ad primū hoc Interregnum, qui nādmodū nos ipsi fecimus,
 referenda sunt: quandoquidē de Transyniro, seu Transirico præposito Abbatæ, ac de co-
 scratione ipsius Ecclesiæ mentio fit. Hæc enim, vt cetera omnia istius antiquitatis mo-
 numenta loquuntur, post ipsius Sancti mortem, Repub. i. m ad Interregnū adducta, suble-
 quita fuere. Nec si Rex ipse Sanctius Quartus plures annos regnauit, quam viginti, quē
 admodum quisquis eam historiā scripsit, auctor est: tam longè illius vita posset produci,
 vt hæc omnia eidem subiiciantur. Siquidem regnare cœpit Ann. DCCCXV. Consecratio
 autem Ecclesiæ, vt dictum est supra, facta fuit Ann. DCCCXLII. Inter quæ tempora vi-
 ginti, & septem anni interseruntur. Ex quibus patet in huiusmodi rerum, ac tempo-
 rum notatione eam, quam nos sumus sequuti, viam tenēdam esse: nec multum ab huius-
 di historia discrepare. Quin etiam & ex eodem ipso Priuilegio, quod intexuimus inisti-
 us nostræ disputationis vestibulo, vt à nobis paulò est ante dictum; si attente & diligen-
 ter illius verba expendantur, elici potest, nec inepte, Eximini patrem, Regem non fuſſe.
 Erenim Garsias nepos, qui dictum Priuilegium irrogauit, de maioribus suis duos tantum
 Reges percenset; scilicet Aristam patrem, ipsumque Eximum auum: dum ait. Quam do-
 nationem pro remissione omnium peccatorū nostrorum facimus, & propriè pro remissione patris mei
 Enneconis, & aut mei Eximini Regis, nec non, & successorum meorū, Regum scilicet, Principum, &
 Comitum. Si igit̄ ut Garsias Rex gentiles alios habuisset Reges; eorū, quemadmodum, &
 successorum omnium profecto meminisset. In hac autem deprecatione ignoscendi a-
 perte videmus postulationem nullam de maioribus aliis, præterquam de parente, & auo;
 Regibꝫ contineri: at de successoribus omnē. Nec video causam, cur maiorum oblitus po-
 steros tantummodo memoraret: nisi quia non amplius, quam Regum, à quibus originē
 ducebatur, habeti voluisse rationem. Cumque ii, duo tantum fuissent, pater, & auus, quos se-
 retulimus: idcirco solam eorum memoriam ad ostentationem, & gloriam excipendam
 censuit, quod antiquorem laudem, quam Regnum, familia sua profecto non habe-
 ret. Sequitur ergo, vt idem sentiamus, quod Pinnatensis historia, omnesque alii scripto-
 res tenuerunt; scilicet post Sanctii, Quarti Suprarbiensis Regis, interitum nostris Interre-
 gnū Primum datum esse: Garibaiique qui contra nititur, explodamus sententiam, &
 argumentis clarissimis refellatur, cum alioquin in nouis Regibus excitatis, annorumqꝫ
 & temporum notatione, nequaquam possimus adhibitam ab eo operam vehementer
 non laudare. Ceterum his cognitis ad eam istius disputationis partem accedā, quæ mihi
 sola superstet illustranda: De diuersa nēpe, quā supra constitui Aristæ Regis à nostris, & à
Nauarren-

Nuarrensis, seu Pompelonensis facta electione. Quam eis rem nouam, spero tamen me cuius facilè probaturum. Carolus namque Princeps, ac ferè omnes scriptores perhibent, Nostros, cùm sine Rege essent, ab Adriano Pont. Max. (quē Adriatum II. fuisse memorant,) Longobardisq; (quibus nōnulli Francos etiam addunt) statuendæ Reip, modū quæsiuisse; fuisseq; ab illis id responsum latū, Vt i consentaneis legibus præstitutis, Vnum sibi aliquem in regem constituerent: inde nos, condito prius Suptarbiensi Fo-
 ro Aristam sibi præfecisse Regem: ab eoque nō solùm ipsas leges sanctas fuisse, sed irto-
 gatum illud Priuilegium, quod diximus, De alio à nostris adsciendo Rege, si à le, fuisse
 Ius publicum violari continget. Ex quibus patet, minimè nostris Aristam Regem, ante
 10 Adriani Pontificatum præfuisse. At verò Adrianum II. nondum quinque annos sedisse constat; nempe ex A.D. XII. Kal. Decemb. An. DCCCLXVII. ad Kal. Oct. An. DCCCLXXII.
 quemadmodum ex Onufrii scriptis colligitur, quorum supra fecimus mentionem. Fit ergò, vt necessario Aristæ electionem à nostris factam in aliquem horum annorum inci-
 disse censendum sit. Quod si ante dictum temp° fortasse cum regnasse apparet: non no-
 stris, sed Nuarrensis imperarit. Atqui ex variis à Garibaio adductis documentis, qui-
 bus omnino fides adhibenda est, aperte conuincitur, Aristam ipsum iam Ann. DCCCLII.
 Regem esse, Regioque nomine Priuilegia irrogasse, quorum nonnulla exempla Gari-
 baius ipse protulit in medium. Præterea Hieronymus Surita in suis Indicibus Aristæ Re-
 gni initium Ann. DCCCXLV. vel circa supposuit: vi non multum visu. sit ab ea Garibaii
 20 sententia discrepare. Si igitur Ann. DCCCLII. Arista Rex erat; aut nostris, aut Nuarrensis, aut omnibus simul imperabat. Nostris non quadrat; cum viginti &
 quinque annis post, (tot enim inter dictum Annum, & Adriani II. Pontificatus initium interpositi sunt) de statuenda Repub. cum eodē Pontifice fuerit habita consultatio, quæ necessariò Aristæ selectionem à nostris factam antecessit: ergò, Nuarrensis. Si Na-
 uarrensis; efficitur igitur, quod consequens est etiam necessarium, vt diuersas fuisse de
 eodem Arista à nostris, ac Nuarrensis electiones factas dicamus: & proinde necessariò Aristam ipsum diu ante Nuarrensis præfuisse, quām à nostris Rex eligeretur: neq;
 omnino leui, illud etiam quod diximus, coniectura pendere. Eximinum nempe Regem
 nostris nequaquam, fortasse autem Nuarrensis imperasse. Hanc autem opinionē de
 30 Adriani II. Longobardorumque deliberatione, ex qua eos in idem tempus incidisse col-
 ligi potest, quod pro suspecta haberetur, cùm Adriani II. aetate Longobardorum Re-
 gnum iam sublatum esset: fateor equidem aliquandiu mihi non placuisse, interdumque
 visam fuisse dubiam, ac incertam. Carolus enim Magnus, ex amici nostri Caroli Sigonii,
 grauissimi Scriptoris, Francorumque Historicorum sententia, ann. DCCLXXIII. qui
 fuit quintus sui Regni ab Adriano I. Papa contra Desyderium, Ultimum Longobardo-
 rum Regem, Romanos acerbissimè vexantem, vocatus, Longobardos acie viatos profli-
 gauit: ac Desyderium, eorum Regem, diu obfessum, tandem deditionem facere coegit,
 atque in Franciam cum vxore, & liberis misit omni Regia potestate exutum. Quib⁹ per-
 40 actis, sub Francorū ditione ea omnis Italia pars venit, quæ Longobardorum erat; præter
 Hexachatum, Rauennatem, Romandiolum, quandamq; Thuscianę partem, quam idem
 Carolus beato Papæ Adriano I. & Apostolicæ Sedi donauit: quæ omnia Longobardi
 Romanis, & Constantinopolitanis Imperatoribus adimendo iuris sui fecerant. Itaq; Ca-
 roli Magni tempore, ac virtute, Longobardorum Regnum in Italia defecit, Centum fer-
 me annos ante Adriani II. Pontificatum. vt Adriani II. Longobardosq; in eadem simul
 tempora incidisse, qui nostris dare consilium possent, videatur omnino temporum ra-
 tioni repugnare, saltem Regno ipsorum Longobardorum stante. Si autem affirmare
 velimus, omnes scriptores nominum similitudine deceptos, Adrianum secundum
 pro primo collocaffe; minus etiam id conuenit: cùm neq; Adriani I. Pontificatu, ne-
 que Caroli magni Regno, ullum nostris Interregnum patuerit, in quo de statuenda
 50 Reipub. forma consilium peteretur. Denique in his angustiis, cùm constans omnium
 sit opinio, & sententia Adrianum secundum nostris consulentibus respondisse, de Ad-
 riano autem primo nec quidquam referatur, dicendum est planè; Longobardos
 quamquām suis Regibus orbatis, ex quo in Italia sub externo dominio manserunt, Ec-
 clesiæ videlicet, ac Francorum, Adriani II. temporibus viguisse adhuc, nimiumque
 sagaces, & prudentes ab omnibus semper habitos fuisse, ac præcipue quidem in statuen-
 dæ Reipub. forma, quam diximus. Eorum siquidem imperium, quamuis ab initio
 lœsum, atque impotens fuerat: post Christianam tamen religionem adscitam, mi-
 tius, ac benignius effectum fuit, iam vt à Paulo Diacono iustum appelletur. Cuius rei
 eruditissimus idem Sagonius locupletissimos testes fuisse tradit, rectas eorum leges; qui-

bus furta, latrocinia, rapinæ, cædes, & adulteria seuerissime vindicabantur, ac libertas, & fortunæ priuatorum summo studio, ac æquitate, quamdiu illorum Regnum stetit, conseruata fuere. Qua vna in re, tota nostrarum legum summa, & temperatio consistit. Itaque ab eis, tametsi exactis Regibus, optimè nostri petere potuerunt de statuenda Repub. nostra consilium, quorum maiores temperatissimis legibus, in Italia, opulentissima omnium Prouincia, amplissimi Regni sedem constituerant: quod auctoritate tanta tunc facit, vt nunc etiam tametsi fractum, ac debilitatum omnino, illius tamen gentis nominis memoria, nitatur. Ab ipsis namque Lombardæ, quod nunc remanet, non sumptum est. Quod si verum esset, quod ab aliquibus, nec indoctis viris accepi, vt Adrianus ipse II. Iltiprandus proptio gentis, ac familia sua nomine vocaretur, cum in omnibus, quæ extant, Suprarbiensis illius Fori exemplis, Aldebrandum, sive Abreuanum, Apostolicum, idest Pont. Max. (sic enim veteres loqui consueuerunt,) fuisse à nostris consultum exprimatur: mirifice quidem omnibus his, quæ diximus, conteniret, vt Aldebrandi, seu Abreiani id nomen corruptè pro Iltiprandi usurpatum sit. Eoque Adrianus ipse II. designetur, ac si nos felicis recordationis Gregorium XIII. Papam Boncompagnum diceremus. Sergium enim Papam II. qui Adrianum ipsum II. fecerat Cardinalem, primum omnium prodidit nomen suum mutasse: cum ante Pontificatum proprio nomine, Osporus, vocaretur. Ad cuius similitudinem, qui post eum sequuti sunt Pontifices Romani, nomina sua mutari voluerunt: & illud idem Adrianum II. credere licet, facere voluisse, relicto eo Iltiprandi nomine. Quam mutandorum non minum rationem ex huiusmodi principio in Romanis Pontificibus introductam, postea consuetudo aluit, ac frequens usus reddidit firmorem. Sed nihilominus fieri certè potuit, vt ipsum illud Iltiprandi non perinde, atque Adriani, in communione omnium orationis versaretur: atque vt Apostolicus Aldebrandus, qui in Suprarbiensis illius Fori vestibulo nominatus in manuscriptis, quæ extant, exemplatibus inuenitur, idem ipse Adrianus II. censendus sit. Vnde fit, vt Historicos omnes, qui Adrianum II. à nostris fuisse consultum prodidere; eundem ipsum, quem Suprarbiensis Forus Apostolicum Aldebrandum vocat, nominasse, ac nominare voluisse, intelligamus. Ex his igitur apertere elicuntur, quod proposui; non iisdem Comitiis, sed longè diuersis Aristam fuisse à nostris, & Nauarrensis Regem adscitum. Sed venio nunc ad illud, quod grauissimum, & firmissimum est omnium, ex dissimilitudine Iuris argumentum. Nam cum genus institutorum nostrorum nihil habeat, nech abuerit inquam cum Nauarrensum institutis commune, sed Ius nostrum omnino semper ab eorum Iure in omni ferè, & publica, & priuata actione disreparat: quid absurdius dici, aut existimari potest, quām has tantas dissimilitudines non ex differentibus initiis prouessere? Neque effici potuisset aliunde id, quod ab ipsis Regnorum primordiis, quandiu subiuncta fuere, usque ad eorum separationem assidue legimus obseruatum; vt cum sepius ambæ huiusmodi Ditiones versatae fuerint in communione bellorum fortuna copulatae, sic ut iudem Reges nobis, ac Nauarrensis, uno, atque eodem tempore interdum, imperarent: quæ progressu temporum ab ipsis Regibus in Nauarrensi Regione adquirebantur, Pompelonensis Regni sine ultra dubitatione, quibus initio constitutum fuerat, legibus subiacerent. Quæ vero iudem ipsi Reges intra Regionis nostræ fines vendicabant, ea simili modo Ius semper nostrum tenuerint, ac seruant. Qua de re habita inquam alteratio non fuit: sed tantum de finibus. Sic autem eos aliquando Rex Sanctius IIII. Ranimiri filius terminauit. Proferam enim in mediū Privilium illius: ex quo præter id percipi etiam, & comprehendendi poterit, quo pacto in tam diuersa virtusque Reipub. gerendæ ratione iam priscis illis temporibus ea, quæ exposuimus seruabatur vicissim inter nostros, ac ipsos ceterarū rerū societas, & coniunctio.



IN Nomine Sanctæ, & indiuidua Trinitatis regnantis in facula. Amen. Hac est Carta iudiciorum, & iurationis, & præceptum Donationis, & confirmacionis, quam facio ego Sanctius, Ranimiri Regis filius, gratia Dei Aragonensem, & Pampilonensem, seu Montisonis Rex, una cum filio meo Petro ad omnes Aragonenses, & Pampilonenses, & Suprarbienses, qui sunt presentes, & futuri in omni meo Regno, & ad Abbatem Aymericum, suisque successoribus. Quoniam mez clabatur omnis terra mea per iudicios malos super terras, & vineas, & Villas, & casales: obinde placuit mihi supradictio Regi, & veni ad Sanctum Ioannem, anno tertio Pontificatus Domini Urbani secundi Papæ cum Senioribus & Principibus mea terræ; & ipsis tandemibus, & auctorantibus iusti hanc cartam scribere Anno octavo postquam captum est Castrum, quod vocatur, Monnionis. Igitur ego Sanctius, gratia Dei Rex, Dono, & confirmo Abbati Aymerico, suisque successoribus talia precepta,

copia, & Privilégia, atq[ue] decretal, sive libertates, qualia habet Cluniacense Monasterium: ut sicut Clunienses sunt liberi ab omni iugo humana seruitutis, ita & isti sint, tantummodo reverentia Apostolica Sedis fermantes. Confirmo etiam Donationes Regum, Privilégia Episcoporum, auctoritates Romanorum Pontificum, cartulas, vel Inuestiguras Militum, seu virorum, ac mulierum, qui suas oblationes Deo, & Sancto Ioanni obtulerunt. Confirmo etiam Monasteria, & Ecclesiasticas Parrochitanas, necnon & Villas, & silvas, & omnes cursus aquarum, & omnes molendinos, ut habeat illos Sanctus Ioannes ingenuos, sicut ego meos: & omnia Alodia magna, vel parua, & omnes Decimas terrarum, Villarum, escalariorum, & omnium Alodiorum suorum, quantum, vel qualemcumque Sanctus Ioannes, vel sui Monachi ab antiquis Regibus, seu à modernis, vel seu Episcopis, seu à Militibus, sive à rusticis, aut à quibuscumque personis in omni Regno meo acquisierunt dono, vel comparatione, vel camio: nisi hoc quod Abbates, & Monaci eiusdem loci iuste, ac legitimè dimiserint, vel camiauerint Regis iussu: ut hæc Sanctus Ioannes liberè possideat, & ingenuè, que acquisiuit qualicunque modo usque ad diem illum, quod Deus mihi dedit castrum, quod vocatur, Monnionis, & aliud, quod dicitur, Arguedas. Et postquam Deus dedit mihi castrum supradictum Arguedas, veni ego Sanctius, gratia Dei Rex, in Pampilonam, in Villam qua dicitur Vharte, cum meos bonos homines de Aragone, & de Pampilona x. Kalend. Maii. Et conuenient ad me in eadem Villa Vharte, omnes Principes Pampilonenses, viri, pauperes, & femine super natos iudicos, & super malos pleytos, quos habebant. Et placuit mihi, & ad omnes Aragonenses, & 20 Pampilonenses, atque Suprarbienses, ut faceremus testamentum, & iuramentum firmum, & iuratum, & finiremus omnes querelas diuersas, & omnes clamores per usos malos, qui erant inter illos in tempore illo: & firmaremus terminum præfinitum ad Aragonenses, & Suprarbienses, castrum, quod vocatur, Monnionis, ut tenerent, & haberent usque in sempiternum, quod in tempore illo tenebant, & habebant qualicunq[ue] modo. Similiter & Aragonenses, & Pampilonenses tenerent, & haberent usque in sempiternum terras, & viñas, & villas, & hereditates cum montibus, paludiibus, escalaris, aquis, & herbaticis, quas tenebant, & habebant qualicunque modo. Et regauerunt Pampilonenses Principes, ut adducerent Aragonenses ad me cartam, & testamentum, quod feceram cum illis in Sancto Ioanne, ut esset firmata, & roborata in mea praesentia, & Petri filii mei, & in facie de omnibus Aragonensibus, & Pampilonensibus, & Suprarbiensibus; ut amplius non inquietarent se, & perturbarent in supradictas querellas, sed tenerent, & haberent firma, & salua vnu quisque 30 omnia, que tenebant, & habebant in die captionis duorum supradictorum Castrorum, videlicet Arguedas, & Monnionis. Igitur ego Sanctius, non meo merito, sed dono Dei Rex, hoc meum præceptum, & vestrum testamentum auctoritate mea, & vestra corroboro, & confirmo; ita ut hoc meum præceptum ita sit firmum, ut nulla Regia, vel Episcopalis, seu Militaris potestas in his causis, que præcepit, non vindiceret: insuper, & mille solidos de mea moneta ad eos, quos inquietare præsumperit, persoluat. Ut autem hoc meum Privilégium firmum permaneat per saecula cuncta, manu propria firmavi, & filio meo Petro roborari iussi.

Signum SANCTI Regis.

ET EGO Petrus, Sancti Regis filius, Regale hoc patris mei præceptum laudo, & propria manus subscribo.

Signum Regis Petri.

 FACTA hæc Carta Æra M CXXVIII. Regnante Domino nostro Iesu Christo; & sub eius imperio, me Sanctio Rege regnante in Aragonia, & in Pampilona: & filio meo Petro in Suprarbi, & in Ripacurza, & in Montson: Petrus Episcopus in Lacca: alius Petrus Episcopus in Pampilona: Raymundus Dalmaꝝ in Rota Episcopus: Aymericus Abbas in Sancto Ioanne: Raymundus Abbas in Legere: Senior Galin Sanꝝ in Sos, & Arguedas: Senior Enneco Sanꝝ in Montecluso: Senior Ximen Garceꝝ in Buyllo: Senior Lope Arcuꝝ in uno Castello, & in Arrosta: Senior Fortun Sanꝝ in Baylo, & in Gliso.

Ego Garrias scriptor iussione Domini mei Regis hanc cartæ scripsi, & de manu mea hoc signum feci.

 Ego Aldefonsus, gratia Dei Rex Aragonensium, & Pampilonensium decretagenitoris mei, & fratrius laudo, & manu mea signo. Æra MCLVIII.



Ex huiusmodi itaque Privilégio, quod in Pinnatensi Tabulario exstat, sat liquet illius rogatione ipsum Regem non suas, sed Aragonensium, Pompelonensium, ac Suprabicensium ortas de finibus contentiones, sedandas curauisse. Etenim cum eo tempore, ut appareat ex scripto, tota ea finium ratio per iudicos, & usos, ut inquit, malos inter eos

confusa versaretur; Rex id omne ad ea tempora reuocadum statuit, in quibus antedicta Castra capta nondū erant: quasi vnumquemq; iis, qui tūc inter ipsos seruabātur, arceri finib; debere decernens, & quæcunq; postea aliter facta, irrita prorsus, atq; infecta. Et verò has regiones tres, tametsi alioquin, vt videmus, singulis suis terminis distinctas, & diuersas; Regnum suum, non quasi vnicum céseret, appellauit, sed quod vnico sui ipsius tantum continerentur imperio. Idque visus est aperte declarasse, cùm alios ab aliis sic se crecuit: vt quæ diuersa finium, eadem prorsus, & statuendæ vniuersiis que illorum Reipub. ratio censeretur. Qua in re viderur non tam iudicem seuerum, tametsi diras illas adhibuit execrationes, quām arbitrum his finib; regendis sc adiecissem. Itaq; fit, vt has trium regionum diuisiones, ex differentibus causis factas concludamus: causas verò nō aliunde, quām à differentibus principiis prouenisse: ipsaque principia eò magis distantia iūra effecisse, quod magis fuerint diuersa inter se. Cumque Aragonenses, & Suprarbienses non tam dissimilibus principiis orti fuerint, sed consiliis magis congruentes, iam ab ipsis rerum primordiis eandem tenuerint, ac seruarint, quam diximus, communis Reipub. gerendæ rationem, tametsi interdum de terminis ipsi sibi vicissim disereparint; propterea factum esse, vt eundem etiam habuerint rerum exitum, quem videmus, comminemque ac eandem fortunam. Quod si nobis, ac Nuarrensibus vna, & eadem initio fuisset statuendi Regni, edendarumq; legum ratio constituta, quemadmodum ab omnibus ferè scriptoribus perhibetur: eadem nobis cum ipsis debuisset esse ratio Reipub. vel aliqua tanti discriminis causa adhibenda. At ea nulla proditur. Cursum ergo, atque extum rerum contrarium, quem habemus, ad diuersa prorsus initia reducamus, oportet, vt quæ fuerit discrepātia in principiis, eadem sit in finibus dissimilitudo: neque aliter videatur ullo modo aptè cohārere posse extrema cum primis. Ea autem adhibita, quam diximus, diuersa Aristæ Regis à nostris, & à Nuarrensibus facta selectione, quæ etiam conuenit temporum rationi p̄çclarè; elicitor planè aptissima quædam rerum series cum omnibus suis partibus continuata, & cohārens, vt quam optimè potuerit vnaquæque ditio propriam, & peculiarem Reip. rationem à singulis initiis repetitam, sine alterius iuris iactura, conseruare. Neque huic meæ opinioni obsistere videtur, quod prīcos hōsce Reges in Pinnatensi Historia, pluribusque aliis monumentis, Reges in Pampilona vocatos inueniamus, nulla prorsus Suprarbiensis tituli facta mentione. Etenim cùm certissimum sit eos Suprarbiensis ditionis portos fuisse, quæ semper intra Regionis nostræ fines constituta fuit: coniici certè potest, nec abs re, Reges ipsis prīcos illis temporibus, cùm Pompeionensibus viris, interdum patria, saltem Vrbē sua, pulsis, imperarent, voluisse magis Pompeionensem ipsum titulum p̄z se ferre, quasi ad genus aliquod ostentationis & gloriæ, quia ob ipsam Pompeionem Vrbem insignior statuebatur, tametsi ea non omnes fruerentur. Suprarbiensem verò, quod statueretur parum locuples ad amplificandum, cùm ex paruis opidis totus constaret, fuisse aliquando ab iisdem ipsis Regibus, etiam in quotidiani vnu sermonis, intermissum: & illud idem postea plerosque scriptores in eorum nominatione seruasle. Nihilominus Suprarbiensi regioni sub Regni titulo p̄fuisse colligitur, e i quam diximus, à Pompeionensi Regno longissimè diuersa ratione: quæ ab huiusmodi initiis profecta, utriusque eorum stabilis, ac firma permanfit, sic vt tametsi saepius coniuncta fuerint, semper tamen ex vario constiterint iure, & diuerso. Atque hæc sunt, quæ in hanc sententiam disputare statui: quæ satis hoc egisse putabo, si in utramque partem dicendo, eliciant, & exprimant, si non omnino id quod verum sit, saltem quod ad id quām proximè accederat. Sed reliquum est modò, vt eò vnde digressi sumus, reuertamur, resque à nostris in secundo Interregno gestas explicemus; cum ab eorum continentii narratione huiusmodi disputationem secreuerimus. Ac fortasse videbitur nonnullis ab instituto nostro longè alienum, has licet breues p̄ponere modò antiquitatum nostrarum annotatiunculas, quod eas existiment nihil, aut parum certè adiumenti esse ad explicandam Magistratus Iustitiae Aragonum dignitatem allaturas. Consultò tamen id fecimus. Visum est enim, cum à Regni initio illius institutio pendeat, vt in Primo Interregno ostensum est; Regno autem crescente, eidem Magistratui fieri coeperint & potestatis, & dignitatis accessiones: ad eas apertius indicandas, Regni nostri progressus cognitionem necessariam esse. Et ob eam causam hucusque singulorum Regum Suprarbiensium, & Aragonēsium Comitum seriem protraximus. Nunc verò quoniam Secundo huiusmodi Interregno dato, ex Abarcæ Cæsonis ad Iacetanam Vrbem Regis electione, ad quam pergimus explicandam, ipsa prodiit Aragonum Regni nominis origo p̄çlara, vnde postea & ipsius Magistratus magnum, & clarum nomē ductum fuit, vt Iustitia Aragonum vocaretur, cùm primum Index Medius, deinde verò Iustitia maior

maior vocari consueuisset: non abs re censendum erit, quod his Commentariis, quam breuissime fieri poterit, omnium nostrarum rerum summam complectamur. Atque ut istius Secundi Interregni narratio, de qua mihi sermo proponitur, perspicua magis sit: cō opōrteret orationis nostrae cursum reuocare, quō nos institutæ disputationis ratio deflexit.

SECUNDVM INTERREGNUM.

Itaq. yr ad rem, quæ certa semper existimata est, redeam, ab omnibus scriptoribus testatum inuenio, Garsiam Regem, Aristæ filium, quem Sextum Supratbiensem 10 Regem numeraui. Vraca inique siue Enengam vxorem, ultimi Aragonensis Comitis filiam, & heredem, ab ingenti Maurorum multitudine circumuentos, occisos fuisse, cūm ad Larumbi Nauaria opidum, siue, vt alii pētibent, ad Sancti Ioannis Pinnatensis principem illam Ecclesiam iter facerent, quæ fecerant vota, reddituri. Siue autem ad ipsum Larumbi opidum, siue, vt alii placet, in Ayuaria valle ea pugna coimissa fuerit; siue, vt Tomichius refert, in quodam opido, la Puebla, nominato: vt vt se res haberet, eorum cadauera in acie denudata, à nostris postea ad pugnæ locum conuenientibus reperta fuere. Cumque Regina Vraca grauida, & iam ad pariendum vicina, interfecta fuisse; filius, qui alio continebatur, viuis est perictum matri cæsare manum emitere, quasi ex vtero illius exire conaretur. Quia quidem re a primario quodam viro, 20 mortui Regis famulo, animadueris, & nota: a, cuin iam Mauri abeſſent, longeque esent disuneti, huius quasi miraculo rei obſtupfactus, Reginæ mortuæ vtero paulatim cæſo, nobilis homo ille infantulim quendam viuum eduxit: quem illico, patrinis adhibitis, sacro Baptismate insigniti curauit, Sanctumq; appellari fecit. Eum postea secum ad Cantabriæ loca traducens clā, ne à Mauris fortiaſe occideretur, adoptiuit filii loco, quod prolis expers esset, educauit. In illius autem nobilis viri nomine mirum in modum variant scriptores. Quidam enim Sanctum Gueuaram vocatum ferunt, ab eoq; propterea ipsi infantulo illud Sanctii nomen impositum fuisse; alii Vitalem Velam; ali Velezium Gueuaram, postea ab huiusmodi euenturei, quod tam illustre fortunam fecisset, Laaronem appellantum. Alii Aragonensem eum fuisse perhibent, Vitalem Abarcam nomine, quod Castelli ita vocati prope Iacetanath Vrbem potiretur; Vnde illud Abarca cognomentum postea à Sancto ipso Cæsone sumptum attestantur. Tot modis illius nomen scriptores ipsi confundunt. De tempore autem, quo hæc gesta fuere, iam supradicatum est. Quare nunc ad historiæ cursum pergamus. Regibus itaq; occisis, verus ac constans omnium opinio fuit, Supratbienses, Nuarrenses, Aragonensesq; viros, qui iam omnes sub Vnitus imperio conuerterant, Rege, ac Gubernatore catuisse diuinum irum sexdecim, vel octodecim annos. Sed iam noui Fortunii Regis Monachi, ipsius Cæsonis fratris maioris, quem nuper Garibaitis suscitauit, vita, & regno interpolatis, nullum nostris, eo tempore saltē, Interregnum fuisse datum apparet: quippe cūm Fortunius ipse ē Corduba ad paternas ditiones capessendas accessisset, carumq; ipsos sexdecim, ac plures fortasse annos fuisse potitus. In his vero tot Fortunii annis, vt hoc utar initio, & quæſtionis, quæ superiori succedi, sibi lamento, hec valde mirum, quod infantulī Cæsonis oris notus non esset. Nā quamvis re recte caluſe, fortasse aliquis facti rumor: postea refrigescere potuit, & q̄ iemadmodum ſepe contingit, tanquā venus quidam populatis, totuſ ille disseminatus sermo, inanis, & vacuus iudicari: præferim cūm, re ipsa protinus gesta, ea inquisito, & inuestigatio veri necessaria non esset, quandoquidem nostri legiūm Regem habuere, ipsum scilicet Fortunium, demortuorum proximè Regum filium grandiorem, quem diximus patribus statim successisse. Cūm vero is postea Monachū se votis obstringens, imperio abdicaret, aptissimè conuenit, quod omnium traditum est sermone: Nostris ad eligendum Regem Iaceam conuentibus infantulum ipsam Cæsonem, iam adolescentem factum, à nutrio suo propositum fuisse, illiusq; ortu patrinorum testimonio comprobato, ab omnibus Regem salutatum. Qua ratione Interregnum hoc, quod Cæsonis Abarca electioni efficienter antecessit, iam perspicuum erit, constabitque inter omnes, datum esse, nō quidem ob Garsia Regis, Reginæq; interictum, quemadmodum omnium scripta in hanc sententiam sunt, sed ob eā causam, quæ mihi magis placeat, quod Fortunius eorum filius, maior Cæsonis frater, Monasticæ vitæ instituto in Legerensi cœnobio se addixisset. Nec vero me fugit hanc nostram de secundo huiusmodi Interregno opinionem à Garibaito ipso nequam probari: quemadmodum nec de primo quoq; probata fuit. Sed cūm illius argumenta, quæ aliquin firmissima esse oportebat, in leuitatē coniectura nütatur; non dubito, q̄ in se facilius ceterorū o-

mnum scriptorum iudicio, grauissimoque ipsius Pinnatensis historiæ testimonio, cuius infra ea de re verba connectam, reuinci patietur. Nostri igitur in Interregno, quod diximus, constituti, In Iacetanam Vrbem super adsciscendo Rege congressi fuere. Cæsonis enim infantuli ortu, vt coniicere licet, vel illis forsan incognitus erat, vel, quod credibilis videtur, incertus. Ipsa autem Iacetana Ciuitas hisce temporibus, post Aragonensis nempe Comitatus cum Suprarbiensi Regno coniunctionem, vtriusque ditionis primaria vrbs habebatur. Quam Lacetaniæ Prouinciæ, Lacetanorumq; populorum quondam fuisse caput comperimus: atque vt quidam volunt, corruptè apud Liuum legitur illius nomen; cùm Iacetana Prouincia, non Lacetania, Iacetanique populi, non Lacetani, ab ipsa Iacetana Vrbe legendum sit. In eam igitur Comitiis conuocatis, nostri perquirere cœperunt, quisnam sibi Rex cooptandus esset. At infantuli nutricius, ea re comperta, Sanctum ipsum Cæsonem, crassioribus testum indumentis, per deuios saltus ē Cantabria clam secum in eum locum adduxit. Cumque per niues illud iter confici oporteret; ad eas melius preferendas, quodam tegmine pedum eum indutum ferunt, niuibus maximè accommodato, quod ex crudo perone efficitur, vulgarique vocabulo, Abarcas, nominatur. Estque quoddam calceamenti genus prisca illis saeculis, ac etiam presentibus, ad Repandorum calceolorum instar, ex caprina, seu boaria pelle confectum, ad aspera & montosa loca peragrada habile nimis, & aptum; propterea que apud nos pastribus, ac rusticis hominibus in montanis ipsis valde commune. Hoc ergo induit calceamento, Sanctius ipse Cæso in nostrorum hominum conuentum venit; nostrisque propositus, tandem patrinorum testimonio auditio, aliisque testibus illius facti consciis, qui planum fecerunt, eum ultimorum Regum filium esse, ac Fortunii Regis Monachi fratrem minorem; ipsis illis Comitiis, incredibili applausu, a laetitia, uno omnium ore, salutatus fuit, & cooptatus Rex Ann. Chr. c 800. iuxta peruetusti Codicis sancti Emilianii Collugensis à Surita in suis Itidicibus recitati computationem. Vnde tres, vel quatuor annos hoc nostris Interregnum perdurasse constat. Tot enim inter Fortunii Monachi Regni finem intersunt quem supra ex Garibaii sententia Ann. DCCC C I. subiicendum duximus, & inter hoc, quod Cæsonis Regni tradimus initium. Quid? quod, si diligenter in illius Priuilegii verba, quod Garibaius ad docendum de fine Regni ipsius Fortunii affert, inquiramus: eo quidem Ann. DCCCCI. quo dictum Priuilegium irregatum fuit, Fortunum ipsum Regem Legerense Monasterium constabit ad Fraternitatem, quam vocant, accipiedam adiisse, tunc viderat fecisse patrem suum. Ita enim loquitur. Sed quod eo tempore Regnum deponeret, verbum non exstat. iam vt coniicere possumus, post Fraternitatem acceptam, ab eo Regale nomen aliquantulum temporis retentum fuisse, ne tandiu fuisse nostros versatos in exquirēdo vero de Cæsonis ortu dicamus. Ipsum autem Cæsonem Regem ex dicti Emilianii Codicis testimonio dicto Ann. DCCCCV. regnare cœpisse, iam iure possumus affirmare. Priusquam autem ad reliqua pergamus, libet hoc loco ipsius Pinnatensis Historiæ, quæ ad comprobandum hoc secundum Interregnum attinet, hæc verba suggerere. Post aliquot annos, Sic enim rem ipsam orditum, genites terræ procurabant sibi Dominum, murmurantes, & plangentes; nec sine causa: quia heres non superfuerat, nihil sciētes de Infante prædicto. Loquitur autem de Abarca hoc Cæsone. Et quodam die vocatis simul Nobilibus, Militibus, & gente populari illius terræ pro eligendo Regem, aliquid nobilem Baronem; Volentibusq; generale colloquium super hoc celebrare; dictus nobilis Baro, qui dictum Infantem de morte præferuauerat, ut præfertur; Nusquam autem illius nomen expressit, sed tantummodo Nobilem quendam Baronem montanearum Aragonum fuisse prodit. Sciens hoc, fecit induit dictum Infantem in modum pastoris, & calceari Abarcis. Et congregatus suis consobrinis, & amicis, ac Vassallis, venit bene, & honorificè paratus ad dictum colloquium die ad hoc præfixa. Et ingrediens per Palarium, ubi dictum celebrabatur colloquium; fuit honorificè receptus per omnes, qui in dicto colloquio intererant. Et tenuit inter tibias dictum Infantem, dicens alta voce: Barones accipite istum Infantem, & spoliate eum vestibus, quas induit, ipsumq; in Regem eligite. Nam pro certo iste est Dominus uester. Notum enim vobis sit, quod quando Regina mater sua decepit casu sic fortuito, ipsa erat grauida: & ego sum ille, qui dum transibam per Vallem, ubi ipsa extit interficta, vidi parvuliz, educentem manum per vulnus in ventre matris illatum. Et benedictus Deus, quia absq; periculo eduxi ipsum parvulum viuum de ipso ventre, in testimonium istorum consobrinorum, & Vassallorum meorum, qui tunc illhic interfuerunt, & hac viderunt. Et si quicunque trarium asserat; campum ingrediatur, & in ibo super hoc cum eo duellum. Et his dictis, surrexerunt omnes alta voce: Viuat, Viuat, quia iste, & non aliis est Dominus noster. Et illico exuerunt cum vestibus, quibus erat indutus, & Regalibus induerunt: cū magnoq; gudio illa die, ad eius honorē, festū sollemniter celebrarunt. Et quia venit induitus, & calciatus, ac se esset pastor, vocauerunt eum Sanctum

etiam Abarcam. Hoc igitur Secundo Interregno scriptorum omnium testimonis, & instantius Historie fide, probè iam stabilito, & fixo (neq; enim in rem perspicua illa dubitatio esse potest) exentienda est modo, quæ, ut dictum est, superiori succedit, de Aragonum Regni nomenclaturæ initio, disputatio.

DE ARAGONVM REGNI NOMENCLATVRÆ INITIO.

Ordo itamque postulat rationis, ut cum antea quo pacto Sanctius Abarca Cælo, Rex electus fuerit, ostenderimus, nunc cuius ditionis se Regni appellavit, demonstramus. Quod, ut scitur, dignissimum est, neque hactenus à quoquam retractatum. Nihil 20 omnino tamen non verebimur nostram, tametsi nouam, in medium proferre opinionem ea de re, quod communem, quamcumuis insitam, cum ratio conuellerat, omnes libenter remissuros arbitremur. Iam itaq; statuendum est in primis, Regum post hunc Abarcam Cæsollem ita ab omnibus hactenus traditas fuisse successiones, ut ipsius Cæsonis Regis Rex Garsias Tremulus, filius censeretur: Tremuli autem, Rex Sanctius Cognomento Maior, Imperator dictus; cuius filium Ranimirū, ferè omnes scriptores, primum Aragonum Regem induxerent. Atq; hæc tandem Suritam nostrum impulit causa, ut ex graui illo Iacobi I. Regis testimonio, de quo paulo ante disputauimus, ab Arista Rege iudicaret esse & stirpis, & Regni repetenda initia, nouamque quamcumq; denouis aliis Regibus sententiam, explodendam protus: neq; aliter posse vlo modo illam Quatuordecimi numeri adhibitam notam sibi ipsam collatare. Quin etiam ut cum ea temporum quoque rationem adæquaret: in suis Indicibus eidem Sanctio Imperatori, Tremuli Regis filio, sexaginta & octo Regni annos tribuere coactus est: cum id aperte perspicuæ alteri eiusdem Iacobi I. Regis sententia aduersetur. Ille enim in iisdem ipsis suis Commentariis, quibus, eodem Surita teste, nulla exstant nostrarum rerum clariora, magisve insignia monumenta, annos, quibus Regnorum potiebatur, scriptis testatos posteris relinquentes cupiens, cum eo tempore iam tertium & sexagesimum annum regnaret; Rem, inquit, minimè à Salomone, & Dauith Reginib. invito Rege hucusq; visam, nec auditā. Quod si Suritæ sententia vera esset; aperte Rex ipse Iacobus mendacii conuinceretur, quandoquidē Sanctium Imperatorem, plures annos Regnorum potitum, quorum ipse potiebatur, appareret. Neq; simile vero videtur tam longæum ipsius Imperatoris Regnitèpus, si vera ea fuisset sententia, è nostrorum animis tam citè excidisse, cum ab eo ad dictum Iacobum Regem anni vix centum & quinquaginta interfuerint. Iam itaq; qui nouos Reges excludunt, quæ maximis in robusteantur, videmus, ex dicto Iacobi I. Regis testimonio; illudque etiam vehementer repugnare aliorum scriptorum opinioni, qui Ranimirum, ipsius Sanctii Imperatori filium, primum Aragonum Regem profitentur. Sed quia de Regibus, qui Cæsoni Abarcae antecesserunt, iam supra satis in utramque partem dictum est: de iis, qui ei successerunt, reliquum est modo, ut differamus. Atque ut quamprimum eam de Ranimiro Rege, quam plerique imbiberunt, opinionem refellamus, doceamusque omnino falsam esse; tametsi verum sit in memorabili illa Regnorum Nauarræ, Castellæ, Aragonum, Suprarbii, ac Ripacurtiæ, à Sanctio ipso Imperatore inter suos filios facta diuisione (namque hæc omnia Regna in illius ditionem, & potestatem venerunt) eam Ranimiro ipsi de tam amplio imperio partem esse darant, quæ Aragoni solum fines circumseribunt, ut pote cum Nauarra Garsie, Ferdinando Castella, Suprarbia autem, & Ripacuria, quæ tantum supererant, Guntifaluo filio legatæ fuissent: non tamen propterea Ranimirus ipse, primum Aragonum Rex censendus est, quasi primus ille id nomen usurpatit, cum qui eum antecesserunt quamplures, & Reges Aragonum fuisse, & ita nuncupari solitos inueniamus. Quemadmodum Garsiam illum, ipsius Rahimiti fratrem, quem pater Nauarra Regno donauit, primum propterea Nauarræ Regem vocare, non liceret, cum simili modo plures ante eum Nauarræ Reges habuisse, perspicuæ sit. Ego quidem nequam repugnabo, ad neminem ex Regibus, Aragonum Regnum tam tenue, & enervatum, quæ ad ipsum Ranimirum peruenisse: siquidem detractis aliis ditionibus, reliquum sibi fuit priscus ille Aragonensis, sub Regni homine, Comitatus. Sed facile concedam primum, illum ea de causa fortasse dictu esse, quod princeps omnium Aragonenses nomen, gentilicium nominis loco, sibi, ac posteris vèdicari, cum nonnullos, qui eum antecesserunt, constet illud sibi ex Abarcae cognomine delegisse, proindeq; plures Sanctios Abarcas, ac Garsias Reges Abarcas, inueniri. Neq; manere alii et communis ea opinio posset, quin ex fallaciis tota constaret. Iam verò Regum post Cæsonem Abarcam successiones, quod mihi hoc in loco videtur esse potissimum, ita omnino enumerandæ sunt;


ut Garsias Tremulus, qui hactenus Abarca Cæsonis filius, statuebatur, pronepos, non filius numeretur. Etenim Abarca Cæsonis Regis, filius Garsias Rex, successor fuit: ipsius autem Garsia filius Sanctius, Garsia Tremuli pater. Quæ tanta nominum similitudo scriptores nostros in eum errorem induxit, ut duobus his Regibus, qui inter Cæsonem, & Tremulum interponi debent, è Regum numero exturbatis, ipsi Cæsoni Regi continentier Tremulum ipsum subiicerent: ea etiam, quam diximus, cognomentorum ex Abarca assumptorum similitudine magis decepti, qua nouos hosce Reges, qui modò intercalantur, ac quandoque ipsum Tremulum, vlos obseruauimus: atque illud Abarca cognomen pro gentilicio nomine nonnumquam collocasse. Sed interponendos esse, diuersosq; fuisse, ac diuersos habuisse filios, fratres, auos, ac vxores, Garibaius ipse in suo Historiarum Compendio argumentis omniliue clarioribus demonstrauit: eisq; interpositis, singuli eorum obitus, ac Regnorum tempora, quæ hactenus omnino vacabant, confusaque nimis versabatur, aperte distinguuntur inter se, & quod rem continet, quam aptissime cum ipso Iacobi I. Regis testimonio cohærent. Ab eo namque retro ad Abarcam Cæsonem versus numerando, Iacobus ipse, quartus decimus constituitur Rex: ipse vero Abarca Rex Cæso, primus. Et verò etiam grauissimo alio testimonio conuin- citur, nouos hosce Reges, inter Cæsonem, ac Tremulum collocandos esse. Ex duobus namque Priuilegiis, quorum infra exempla in Sancti I V. Regis rerum narratione sup- ponam, elicetur aperte, Cæsonem ipsum, ipsius Sancti I V. tritauum fuisse. Cumque sub hac voce, tritau, ea sententia subiiciatur, ut is, qui quartus sit ab auo, designetur; si inde, 29 ut necessario hi duo Reges interponendi sint, cum eis exclusis Abarca hic Cæso ipsius Sancti I V. tritauus esse non possit. Eorum autem interpositione nequaquam peruer- tur, quin immo connectitur aptissime illa Iacobi Regis quatuordecimi numeri apposita nota: quandoquidem ea Aragonum Reges definitiuntur non solum ipso numero, sed etiam qualitate. Siquidem ab Abarca hoc Cæsone ad ipsum Iacobum I. Regem, quatuor- decim Reges regnarunt, his duobus interpositis: & hi omnes Aragonensem ditionem vere, & propriè, non fictè, aut fallaciter posse dunt. Vnde etiam prima illa ratio conclu- ditur, Cæsonem ipsum, primum Aragonum Regem numerandum esse. Quod si illum aliquibus Priuilegiorum exemplis demonstruero, Aragonum, seu Aragonensium Re- gem solitum fuisse nuncupari; profligata prorsus hæc tota quæstio iam erit. Cum multa, 30 igitur Priuilegia afferre potuisse ea de re; duo tantum subiiciam, quorum affirmare possum me Archetypa vidisse, & legisse. Sunt autem huiusmodi. Ac primum quidem tale est.



*In nomine Sanctæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Hac est
carta Donationis, quam facio Ego Sanctius Abarca, gratia Dei Rex Aragonen-
sium, sive Pompelonensem, una cum coniuge mea Vrraca Regina; Deo, & Sa-
craeo Ioanni de Pinna. Sicut in sacris scripturis inuenimus, caput, & fundamen-
tum nostræ salutis in Sacramento Sanctæ Ecclesiæ consistunt; ut nullus potest es-
se saluus sine adiutorio eius. Quia sicut mater nutrit filios, ita ipsa sanctam
Ecclesiæ omnes fideles nutrit in Christo, & dicit ad gaudia Paradysi. Amen. Pro-
inde ego Sanctius Rex Abarca, & Vrraca Regina, volumus, quod omnes fideles sciant, tam pre-
sentes, quam futuri, qualiter nos pro salute nostra, & remedium animarum nostrarum, & pro salute
mum Christianorum ad Monasterium Sanctissimi Baptiste Christi, Ioannis de Pinna, Damus Vil-
las nostras, que dicuntur Miramont, Mianos, Martes, Bahues, Ortolo, Trasberal, Salinas, Villaluenga,
Fanyanas, Ferrera, Lucientes, Sangorrin, Gauas, Areñella, Mulermorta, Bayetola, Nonéfonis,
& Montannano cum hominibus, feminis, cum aquis, montibus, herbis, pratibus, paludibus, pascuis, &
cum omnibus iuribus, caloniis, homicidiis, cum cursibus, & discursibus aquarum, & cum omnibus
aliis ad ius Regale pertinentibus, vel pertinere debentibus, integre, & legitime cum Ecclesiæ sui,
cum decimis, primicis, & oblationibus suis libere eas possideant cum suis terminis, heremis, & popu-
latis, cum exitibus, & introitis. Taliter, quod cœnobium Sancti Ioannis de Pinna habeat, & pos-
deat in perpetuum in remissionem omnium peccatorum nostrorum, & pro salute omnium fidelium
defunctorum nostrorum. Amen.*

FACTA est autem hac Donatio in æra Noningentesima Vigesima prima.

Testes Fortunio Exemenones, Comes de Atares; Basilius Episcopus Pampilonen; Oriolus Epis-
copus Aragonen; Senior Fortunius Sanchez maiore, qui est in Taulello; Senior Lope Gonçalus in
Nagera.

Sig  num Sanctii Regis.

Ego Garsias, filius Sancti Regis, lando, & confirmo: & manu mea hoc sig-

num facio.



Vuibertus scriptor iussione domini mei Regis Sancti hanc cartam scripsi, & manu mea signavi.



De Æræ autē annotatione in hoc Priuilegio adhibita, quid sentiam, infra explicabo, dum prius hoc loco alterius Priuilegii exemplum supponam; quod est huiusmodi.


10



IN Dei nomine, & individua Sanctæ Trinitatis, videlicet, Patris, & Fili, & Spiritus sancti. Amen. Ego Sanctio Abarca, Rex Aragonum, facio hanc cartam Donationis, & confirmationis vobis popularibus de Vnu castello, qui modo estis, vel in ante ibi veneritis populare, de omnibus terminis vestris, de Coliel, de Vera, al Sasso, & per illa orellata de illo Sasso ero ero, quomodo illa aqua vertit ad Arriquiel usq; ad illa capeza de Aquifilio vetulo; & de illa capeza de Aquifilio, usq; ad illa Luncarola; & de illa Luncarola, usq; ad illo Frasino de Rigo de Agona; & de Agona: usq; ad Faratos de Ossos, & de Faratos de Ossos, ad Valde Caualllos, quomodo aqua uertit ad Val de Liena: & de Val de Caualllos, ad illa focillola de patre vita: & de patre vita, ad illa capeza delata habut: & de illa capeza delata habut, ero ero quomodo aqua uerit ad val de mahomat: & de val de mahomat, ero ero 20 quomodo aqua uerit ad val de liena, & ad caput de val de grallas: & de cap. de val de grallas, ad illa capeza de valle stans ero ero quomodo aqua uerit ad illa Arua: & de illa Arua, ad Vallatar de la sierra: & de illo Vallatar, à foz terreros: & de foz terreros, ero ero quomodo aqua uerit à la capeza de Achecho: & de la capeza de Achecho, ero ero à la Cort de Galin Abraham: & de la Cort de Galin Abraham, à cabo de busset: & de cabo de busset, usq; ad illas capezolas de montcalbo: & de mont caluo, ero ero por la sierra quomodo aqua uerit, usque ad cornu de la sierra, & de illo cornu, ero ero quomodo aqua uerit, usque ad illa capeza de Saban: & de illa capeza, usque ad illo mercatiello, usque ad torrillon de Abahil, & del torrillon, usque al puey de la lezina: & del puey de la lezina, usque al pueyo de Verdiabe: & del pueyo de Verdiabe usque al pueyo de la Cimarra, & del pueyo de la Cimarra, usque al fondon de capanna alcada: & de capanna, al portiel maluar, & del portiel maluar, usque ad puey pinoso: & de 30 puey pinoso, usque ad foz piniellos, & de foz viniellos, usque ad cornu de la nansa: & del cuerno de la nansa, usque ad foz alfeiy: & de foz alfeiy, ero ero por la sierra quomodo aqua uerit ad Arriquiel usque ad colliel de la heru. Isto supra scriptos terminos dono & confirmo vobis popularibus de Vnu castello, qui modo estis, & inibi ante ibi veneritis populare, ut habeatis illos frances, & ingenuos ad vestram propriam hereditatem, & ad faciendam vestram propriam voluntatem vos, & filii vestri, & omnis posteritas vestra, talua mea fidelitate, & de omni mea posteritate per facultacuncta. Amen. Et qui isto donatorio voluerit disuumpere, sit anathematizatus, & sepultus in infernum. Amen.

40

Signum



Regis SANCTII.

FACTA vero Carta Donationis sive Confirmationis in Æra DCCCCLXXI. mense Augusti. Praesentes Episcopos don Esecut de Leon: & Exemen Barrazmio Alcayt, & Alin Gualit: & Galindex Lobar: & Sanctio Manchom: & Martin Galindez: & Patreuita, & Gaiet Lobar, & Garcia Neri, & Petro Ioans, & Galin Ennecos, & Azenar Lopez, & Ferriz Maça.

Ego Maça de Lisau exaraui ista cartula pro iussione Domini meo Rege, & de manu mea hoc signum feci. *

His igitur duob. Priuilegiis duo liquido cōfirmare possumus: Primum, Cæsonē hunc Regem solitum fuisse illud Abarcæ cognomentum in literarum monumētis præseferre, aliter certè quām veteres illos Imperatores, quibus Caligulæ, & Caracallæ nomina à simili euentu rei imposita fuerunt. Quinimmo aliunde etiam constat, eundem Abarcarum Insignia in vexillis, & militaribus paludamentis gestasse. Ut res nequaquam indignata tanto Principe censeri debeat, quod indumentum, quo inuētus fuerat, cùm Regale munus obiret, non sibi ad despiciatum, sed ad ostentationē, & gloriam, & cognomine, & Insignibus inde sumptis videri cuperet accidisse. Alterum vero, quod mihi hoc in loco videtur esse præcipuum; Népe eundē ipsum Cæsonem, Regem Aragonum, siue Aragonensivm Regem vocatum inueniri. Id enim, quod mihi contra communem opinionem proposui argumentum, firmissima ratione concludit. Si enim Sanctius Abarca

Cæxo Aragonum Rex vocatus inuenitur, duobusque Regibus inter ipsum, & Tremulum interpolitis, ab eo Aragonum Reges numerando, iuxta dicti Iacobi I. Regis testimonium, idem ipse Iacobus I. Quartus decimus Rex numero sit: necessariò igitur Abarca ipse Cæxo, primus Aragonum Rex censeri debet. Quod si ille primus, ut superiori disputationi præsentem connectamus; ergò qui ei antecesserunt ex eodem illo Iacobi I. Regis testimonio, non Aragonenses, sed Suprarbienses Reges numerantur sunt. Nam si Aragonum Reges fuissent; Iacobus ipse longiori numero notasset eos, cum maiorem numerum confidere deberent. Vnde sit, ut cum tradita à nobis Regum, & rerum series ex omni parte secum ipsa consentiat; iure potuerimus affirmare Aragonum Regnino-menclatur, et initium ab Hoc Cæsone Abarca Rege prouenisse. Atq; ut sermonem nostrum ab argumentis ad coniecturam, qua veritas interdum illustrari solet, traducamus, licet nobis de eodem suspicari, placuisse sibi, cum ad Iaccetenā Vrbem Rex constituatur, quæ fuerat olim Aragonensis Comitatus caput, illud Aragonense nomen iam altius extollere, Regniq; titulo decorare, qui posteris hereditarius maneret. Idq; credibilius iudicabitur, si Aragonii nominis dignitatem, quæ temporibus illis vigebat, perpendamus. Siquidem non solum clarissimis Aragonensium Comitum factis, sed plurimorum etiam Episcoporum nominationibus inde petitis, illustris exstabat: qui cum re vera Oscenses essent, Oscensesq; appellari debuissent; Aragonēses tamē Episcopi iam ab ipsius Comitatus initis vocabantur. Ante Hispaniæ nāq; cladem nusquam Aragonenses Episcopos nominatos legimus. Oscensi autem Urbe ab Arabib. capta, & oppressa, illius sancti Episcopi aliquamdiu apud Sanctum Petrum Sirensensem, aliquamdiu apud Sanctum Ioannem Pinpatensem diuersati fuere, sibi tum in hac, tum in illa Ecclesia Sedem statuētes: quæ ambæ prope Iaccetenam Urbem erant intra suæ dioecesis fines constitutæ. Unde Aragonenses Episcopi diei sunt. Atque iidem post Concilium Provincialē sub dicto Ranimiro Rege ad eādem Iaccetenam Urbem celebratum, de quo dicemus paulò post, eadem Urbe in Cathedram erecta, Aragonensium Episcoporum nomine omisso, Iaccenses Episcopi appellati fuere. Quin & in ipso Concilio sanctum fuit, ut cum Oscensem ciuitatem, totius dioecesis caput, ab Arabibus recuperari contingere; in ea vetus Episcopalis Sedes instauraretur, tuncq; Iaccetana ipsa Sedes Oscensi Ecclesiæ subiecta extaret, parentemque coleret tanquam filia. Ut re vera qui in priscis monumentis Episcopi Aragonenses, seu Iaccenses appellantur, eisdem cum Oscensibus esse, tenendum sit. Quod pari etiam ratione Ilerdensi Ecclesiæ contigerat. Ilerda nāq; à Mauris capta, illius Episcopi in Rotæ opido intra suam dioecesim constituto degentes: inde Rotenses Episcopi appellari cœperunt. Rota vero postea à Mauris oppressa, ad Ripacurtiam fugientes, in Gistauensiique Valle aliquamdiu commorantes; Ripacurtienses, ac Gistauenses Episcopi vocati sunt. Deinde vero Balbastrensi ciuitate recuperata, ea à Regibus nostris donati; Balbastrenses Episcopi appellati. Ad extremum Ilerdensi Urbe à Christianis obtenta; in ea Episcopalis Sedes, & antiquum Ilerdensium Episcoporum nomen restitutum fuit: Vrgellitanæque Ecclesiæ nonnulla, ex his, quæ diximus, opida contributa. Tot modis ambæ hæ Episcopales Sedes post ipsam Hispaniæ cladem ab Arabibus violatae, & vexatae, antiqua sua nomina mutauerunt. Hoc ergo Aragonensium Episcoporum illustri cognomento, præter illud Comitum antiquorum, cum iam Cæsonis Regi tempore Aragonum nomen splendidum, illustreque exstaret: quid mirum, quod Abarca ipse Cæxo inde etiam sibi noui sui stemmatis nomen inducens, Aragonum Rex vocari voluisset? Neq; vero id Belascois verbis in perpetuosto codice Sancti Aemiliani Cogullensis appositis repugnat: quæ Surita noster in suis Indicibus annotavit. Sic enim Belasco ille sexaginta ferme annos post hæc tempora, de ipsius Cæsonis Regno testatum reliquit. Sanctius, inquit, Rex, Garzia F. Pompelone Aera DCCCCXLIII. qui dicto anno c 85 v. conuenit, Regnum obtinuit; eamq; Urbem suo subdidit iuri; territoriique omnis Aragonensis dominatum obtinuit. Ita enim hæc illius verba suggesta sunt. Ex quibus apparet, Pompelonensem ditionem iam ab eo, Regni titulo, expresse nominari, qui illis temporibus notus, & vulgaris erat. Aragonensem vero, cum iam Comitatus esse desisset, verum tamen quod Regni nomine esset decorata, nondum fortasse ad exteris gentes allatum esset; ne in eius nominatione deciperetur, territorium, appellavit. ut siue priscum Comitatus nomine retineret, siue Regni esset auctoramento decorata; quidquid esset, id omne, territorii, vocabulo comprehendenderetur. Quinimo videtur, si Comitatus nomen retinuisset; id ab ipso Belasco in scribendo minimè fuisse mutandum. Sed quod nullam fecerit de Suprarbiensi Regno mentionem: sic planè coniicio, id omnis, territorii, Aragonensis nomine, conclusum fuisse, quasi Aragonensis, territorii, voce & Comitatus ipse, & Suprarbiens-

prarbiense Regnum comprehendatur, propterea quod ea, omnis, voce fuisse vsum. Quod autem ab eodem Belascone proditur, Sanctum Pompelonum Regnum obtinuisse; nequam intelligi potest, ut plerique existimant, quasi in ipsa Pópelonis Vrbe Comitia de eius electione habita testaretur. Id enim contra veritatem est, omninoque sententia ipsius Belasconi aduersatur. Nam quo tempore ipse Abarca Cæsarius Rex electus fuit; Pompele Vrbs ab Arabibus oppressa tenebatur; à quibus postea idem ipse Cæsarius cum magna sui nominis laude vendicata, ut Belasco idem est auctor, suo subdidit iuri. Cui sententiae ceteri scriptores assentiuntur. Itaque dum Pompelonum Regnum obtentum, dixit, ita intelligi debet, ut Nauarræ ditionem, Pompelonense Regnum nuncupari: quemadmodum antiquus mos fuit. Fieri autem potuit, ut Pompelonensibus viris imperaret; eoque pacto Pompelonensium Rex aliquandiu vocari potuisset; tametsi Pompelonensis Vrbis nequaquam potiretur. Unde etiam elicetur, ut cum nulla alia ciuitas esset, quo tempore nostri Cæsonem ipsum, Regem salutarunt, in qua ita commodè ille imperii sui sedem collocare posset, quam in ipsa, quam diximus, Iacetana Vrbe: ab ea, quæ erat Aragonensis ditionis precipua, & primaria, suum illud nouum, & nobile vellet Aragonum Regni nomen vendicare. Hoc igitur tam felici auctoramento ibidem instituto, meritò ipsa Iacetana Vrbs nouæ istius propagationis genitrix, & nouæ Aragonum Regiæ nomenclaturæ origo censenda est, ipseque Abarca Cæsarius, primus Aragonum Rex omnino numerandus: ut Aragonensis Comitus nominis, & Secundi huiusmodi Interregni, unus, idemque finis statuatur. Iam enim post ipsum Cæsonem Regem, Aragonenses Comites vocari desierunt. Quod si aliquis fortasse in antiquis monumentis reperiatur, eum Atares ditionis Comitem fuisse coniicio: Aragonensem verò ob locorum vicinitatem vocatum: seu potius eorum nomina depravatè legi, Aragonensi, voce, pro Atarense, usurpata: quemadmodum ipsum illum Fortunum Exemenonem, quem in priori Priuilegio Comitem de Atares vocatum videmus; in aliis exemplaribus ab Archetypo ipso, menses tamen depromptis, Comitem Aragonensem contineri accepimus. Iam verò circa ipsum, ac posterioris Priuilegii annorum numeri notam, ut annis à Garibaio Cæsonis Regno tributis conueniat: hæc mihi videntur obscuranda: Nempe, ut in priori Priuilegio Aera pro Anno sumpta sit: sitque Annus Chr. in eo annotatus DCCCCXXI. Hanc enim ambiguitatem, iam supra præfatis sumus, per lepe in veteribus Priuilegiis inueniri. In posteriori verò nequaquam: sed ab Aeræ computatione triginta & octo annos abstrahendo, Annus Chr. DCCCCXXXIIII. intelligendus sit; qui Aeræ DCCCC-LXXI. in eo appositæ omnino cohæret. At cum ex Garibaii sententia Garsiam, Cæsonis filium, circ. Ann. Chr. DCCCCXX. regnasse constet, quasi Cæsonis Regnum dictum annum nequaquam excederit: cum Archetypis huiusmodi Priuilegiis standum existimem, ita intelligendum opinor, ut circ. dictum Ann. DCCCCXXXI. atque eo elapsò, Cæsarius fortasse (neque enim id affirmo) filio Garsiae Pompelonæ, & Naiaræ Regna donarit, penes se verò ad dictum saltē annum DCCCCXXXIIII. solum Aragonum Regnum retinuerit. Proptereaque eundem in priori Priuilegio sub Ann. DCCCCXXI. se Aragonensem, & Pompelonensem Regem profiteri: in posteriori verò sub Ann. DCCCCXXXIIII. Aragonum tantummodo Regem nominari voluisse; quasi in eodem ipso Abarca Cæsione diuets, Regnorum ratio in Annorum enumeratione habenda sit. Sed hæc a nobis tanquam probabilia dici, omnes scient. Ceteraverò explorata, & certissima; ac illa etiam, quæ de Suprabienis Regni initii, nomine, & Insignibus, deque illius cum Aragonensi Comitatu subiunctione retulimus: quod ea novo hoc etiam inuenierimus argumento grauissimo confirmari. Dudum siquidem noster Philippus Peuicinus plures nummulos a eos ad me misi: quorum in una parte Regalis cuiusdam capitis effigies, nota est, Aragonum Regis nomine sic in orbem scripto: in alteraverò Crucis supra arborem Insignia exstant huiusmodi, Aragon voce, media inter ipsam arborem, ac Crucem incisa. Ex qua quidem compacta sic per initio quivis facile certam esse rerum à nobis superius traditam rationem agnoscet, Suprabienisque Regni antiquitatem. Nec verò inuitus in illius viri incidi mentionem. Est enim ingenio excellens, & doctrina, atque tum publici iuris, tum antiquitatis nostræ peritissimus. Ceterum quandoquidem Aragonum Regni nomenclaturæ initium demonstrauimus, atque à Cæsone hoc Abarca Rege primum processisse, operæ pretium nos facturos credimus, si quod ratione, & via noster sermo procedat, ne mutilus, aut mancus iudicetur, ipsius Cæsonis res gestas, aliorumque clarissimo-



rum Regum Aragonum ad nostra' vsque tempora ostenderimus, vt, quam diximus, nostrorum rerum progressionem indicemus. Id tādem facere decreuimus: nudo ramen, ac breuiori genere orationis, ne in his nos plus certe, quam sat sit, videamur commorari. Contendam interim, si modo id consequi potero, vt nec quidquam, quod ad institutum nostrum pertineat, omittamus.


H I N C R E G E S A R A G O N V M.

Vt ad historię denique redeamus cursum, iamq; scopulosos illos, ac difficiles disputationum locos relinquamus, Abarca hoc Cæfone ad Iaccetanam Vrbem Rege saluta o, Aragonia dico: unc primum inclito Regni auctoramento decorata fuit: ipseque Abarca, primus Aragonum Rex vocari cœpit. Quam nominationem posteri omnes, quod nomine suo essent, Reges seruarunt, & quasi hereditario iure amplexi sunt: Vnde etiam ea ad Magistratus nostri nomen dimanavit. Cuius rei ut facilorem notitiam comparemus, propositam nobis Regum seriem persequemur.

S A N C T I V S I. A B A R C A , C A E S O , A R A G O N V M R E X I .



SANCTIVS igitur Cæso, cognomento Abarca, primus Aragonum Rex fuit. Cumquā: tūm a spicato à nostris, Rex creatus esset: Regiam dignitatem, adiecto eo insigni Aragonum titulo, augustiorem fecit. At Sanctum Garsia, interdum q; Sanctum Garsianis: quæ vetus consuetudo fuit: vocatum constat, illo Garsia, seu Garsianis patronymico nomine adhibito, quod patre, Garsia vocato, nempe Aristæ filio, sexto Supratbiensi Rege, natus fuisset. Illud autem Galindi, seu Galindez, ac nonnumquam etiam Galindonis, quo cum quandoque usum Surita voluit, non ad hunc, sed ad alterum Regem Sanctum II. istius nepotem, ut suo loco dicemus, referendum est. Iam verò quod se Abarcam, in literarum monumentis nominari, contra quām Surita ipse crediderat, iam satis plura ad hanc rem confirmandam atculimus paulò ante argumenta, quibus tota ea omnino patefacta fuit. Sed nunc afferam aliud, quo illic idem filius docebo: siquidem Cæfionem hunc Regem, ea ab Abarca sumpta nominatione, non semper uno modo, se tribus variis modis vt consueuisse. Se enim interdum, Sanctum Regem Abarcam, interdum Sanctum Abarcam Regem, ac interdum Sanctum Regem cognomento Abarcam nominauit. Quæ tametsi differre parum videntur inter se; iam fidem faciunt, illud Abarcae nomen non ab aliis solum, sed à semetipso in publicis literis faisse plerumque solitum usurpari, vt in eo significatio eluceret sui capessend Regnitam prosperi, & felicis euentus. Cumque priorum duarum nominationum varietates apertissimè ex duobus illis Priuilegii comprehendantur, quorum supra exempla subiecti subdifficilem illum, quem de Aragonum Regni nomenclaturæ initio, locum tradidit: postremam istius Priuilegi testimonio compiobabo, quod in Pinnatenfi Ecclesia affluat, illudq; exempli causa superioribus libenter subiungo: quippe cum eo mibi ad alia probandoe iam videntur sit.



Sicut ex scriptura: um eruditionibus didiscimus, humana salutis originem, & fundamentum generaliter in Sancta matris Ecclesia Sacramento consistere nouimus: nec aliquo modo posse aliquem saluari, nisi fulcimento, & subtilio eiusdem. Vnde & matris onomate designatur; quod eu[m] mater filios, ita ipsa omnes Orthodoxis, lacte saorū Sacramentorū, & cultu ministrorū, ac observatione carmoniarū, nutritos ad perpetua salvationis gaudia perducit. In ipsa preceptu salutis omnium nititur: nā in ipsa totius Christianitatis ordo geritur, atque fons laur. Hac est ergo celestis illud: Hierusalē, de qua dicimus: videlicet civitatē sanctā, Hierusalē nouam, descendente de Celo, adeo paratā sicut spōlī viro suo ornata. Hac est, de qua videlicet Jacob Angelos descendentes, & ascēdentes per scalā rectam, & dicit: Terribilis est locus iste: Hac Dominus Deus est, & porta cœli, & usq[ue] adit Aula Dei. Nemo enim potest Deo placere, qui sponsus eius est, nisi sponsam Dei Ecclesiam digna reverentia honorificet. Ergo cum salus omnium per sanctam Dei Ecclesiam operetur, dgnus est ut eam omnes summa opere honorificemus, munib[us] ditenius, terrarum donatione amplecimur, omnis generis dignitatibus ornemus: ut per huic seruissi exhibitionem in illa cœlesti p[ro]p[ter]ea hereditatem. Proinde ego Sanctius Rex gratia Dei, cognomento Abarca, & Virgina Regina, Notum fieri cupimus omnibus nostris fidelibus, cunctisque Orthodoxis, atque catholicis viris, presentibus scilicet, & futuris, qualiter nes pro salute, & remedio animarū nostrarum, & profili: e omnium Christianorū ad monasterium sanctissimi, Mariyis Christi, Ioannis, Damus omni-

bus ibide m Deo seruientibus villam de Alastrue, cum lezdis, cum calonis, cum cursib. aquarum, & cum omnibus turibus ad ius regale pertinentibus, vel pertinere debentibus, & cum omnibus terminis. De quibus terminis ad Privilgium, & Donationem corroborandam in perpetuum mentionem fieri iussimus: id est de Lacoba Gallons sicut vadit serra serra, & exit à casteylon de loborbuylo; & de casteylon de loborbuylo exiit, usque ad collato de sancti Torquati; & de collato sancti Torquati, usque ad puy iuelto de hadilons, & del poyo, de los hadilons, vadit a la directum raylla, quæ est caput del capo de Pinalba, & vadit serra serra, usque ad caput del monte de poyo; & de caput del monte de poyo, serra serra exit ad vallataruebo; & de vallataruebo, usque ad caput del monte de Paternue, sicut aqua vertit, & exiit directum al fronton del salto; & de fronton del salto, usque ad serraton de barmilera; & de barmilera, sicut vadit al poyo del cap del monte de arbues, & del cabo del monte de arbues, a la fuent de los bayos; & de la fuent de los bayos, usque al serraton valliellas; & del serrato valliellas, exiit serra serra usque ad sancta Eulalia de Esporret; & de Santa Eulalia, a la pennarotonda, & exiit directum usque ad collato de auetito; & del collato de auetito, serra serra usque ad campum del solano, & vadit serra serra sicut aqua vertit a la Coba, que vocatur Gallons. Tali tenore constabilimus, ut si quis de filio, vel successoribus nostris in supradicto monasterio augmentare potuerit, valeat. Amen. Si vero, quod fieri non credimus, tanta presumptionus fuerit, ut aliquam violentiam, seu contradictionem voluerit inferre; iram Dei omnipotentis, & sancti Ioannis, & omnium sanctorum Dericurrat, & maledictionem perpetuam habeat, & siat de eo, sicut dicit Psalmista: Qui possident hereditatem sanctuarium Dei, Deus meus pone illos, ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.

20 Ego Sanctius Rex, qui hanc Cartam Donationis, & Confirmationis fieri iussi, manu mea robatur, similiter feci confirmari filio meo Garsie.

Signum Sanctii Regis.

Ego Garsias, Sanctii Regis filius, laudo, & confirmo, & propria manu hoc signum facio.



Facta Carta æra T xxv. Regnante me Rege Sanctio in Navarra, & in Aragonia, & in Naura, & usque ad montes D Ocha. Et sunt testes: Basilius, Episcopus Pampilonensis, Testis, & confirmans: Oriolus, Episcopus Aragonensis, Testis, & confirmans: & Abbas Transinurus, Testis, & confirmans: Senior Sanctio Comes en Atares, Testis, & confirmans: Senior Fortun Sanz, Testis, & confirmans: Senior Semeno Ennecons, Testis, & confirmans: Senior Enneco Gonzalez, Testis, & confirmans: Senior Lope Xemenons, Testis, & confirmans.

Ego Vuibertus scriptor, iusque Domini mei Regis, hanc Cartam scripsi, & de manu mea hoc signum feci.



Rectè denique fecimus, dum Regem hunc Sanctium nominauimus, cognomento Abarcam: cùm pateat iam Abarce id nomen per se parum, fuisse à semetipso quasi ad laudem, ut paulò ante dixi, cognominis loco usurpatum. Sed in hoc Privilégio maxime aduentendum est, ea istius figuræ T nota, non semper Millesimum, sed plerunque Noningē: esimum numerum indicari: quèmadmodum & hoc loco pro Noningentesimo numero accipi debet. Idque huiusmodi argumento clarissimè, imo & necessariò concluditur. Etenim in priori illo Privilégio, quo Cæsonem hunc Abarcam, se Aragonensium Regem appellari solitum demonstrauimus, ut propterea primus statuendus esset Aragonum Rex: aperte videmus Basili, Pompeionensis Episcopi, tum & Orioli Aragonensis Episcopi, & Vuiberti etiam eiusdem Regis scriptoris, clarissimam factam mentionem; quasi hi omnes illius rogationi præsentes adessent, aut saltē tunc viuerent. Aeræ vero notatio in eo adhibita, nō iam numeri notis, aut figuris, siue, ut vulgò loquimur, per abreviaturas, sed literis extensis, compositissimis, & clarissimis expressè, Noningentesima vi-

50 cesima prima notata fuit. Cumque in hoc etiam Privilégio eorundem, Basili, Orioli, & Vuiberti memoria repetatur, quod præsentes illius concessioni tanquam Confirmatores Testes interfuerint, singulis ipsis illis honorum gradibus honestati; Aeræ autem numerus, eadem hac ipsa istius figuræ T nota, indicetur; sit igitur necessariò, ut illius interpretationem à superiori illo Privilégio petentes, quandoque ea nota, huiusmodi Noningē: esimum numerum notari concludamus; cùm plures Basilios Episcopos Pompeionenses, & Episcopos Aragonenses Oriolos, Vuibertosque scriptores nusquam appareret existisse: nec si fuissent plures; credibile sit, alios in iisdem prorsus honoribus constitutos, post tam longum annorum interuallum simul in eadem tempora incidisse. Neque vero eos ad tantam vixisse senectutem, ut amborum Privilégiorum rogationibus

implicarentur, quando ea à diuersis Regibus Sanctiis lata induceremus. Atq; tunc etiam in simili versaremur errore, cùm necessariò cogeremur, Testes hos Confirmatores, cum ijdē ipsi fuerint, diuersos statuere. Itaque fit, vt hoc loco, ea ī numeri nota, Noningētesimum numerum significari intelligamus, Aeramq; pro anno sumentes, Priuilegium hoc An. Chr. Noningētesimo Viceſimo quinto concessum iudicemus. Et hæc sunt, quæ mihi in mentem venerunt, dicēdaq; putavi de istius figuræ significatione, & vi, deque istius Regis Abarca cognomento. De Insignib. autē, duas tantum Abarcas eum gestare solitum trādunt: quemadmodum posteri fecerunt, qui se apud nos illius genere profecti perhibentur. Sed ea propria personæ, Elogii loco, quemadmodum de Arista diximus: non autem Regalis munieris fuisse, non dubito. Argenteam enim Crucē, quæ Aristæ cælitus ap̄ paruit, ab eo ad Petrum vsq; Regem I. qui Oscā cepit, ipsi Regno militare Signum manūſisse, omnium scriptis restatum comporio: tametsi nonnullos Reges, ac fortasse huncipsum Abarcā, in nummis cōstat, Crucis supra arborē interdum Insignia, hac Arago voce, quam retulimus, expressè notata, retinuisse, quasi prisci Suprabiēsis Regni memoriz cōſulentos. Hic igitur Abarca Cæſo Atagonenibus, Pōpelonensibus, & Suprabiensib. im-

905. perauit. Cœpisse autē eum regnare conſtat Circ. Ann. c 80 v. vt à nobis paulò ante di-
ctum est. Plurima opida à Mautis eripuit, ac ſuo ſubiunxit imperio: inter quæ Pompelon, p̄cipua Vrbis fuit. Etenim eam ſibi Mauri ipſi, poſt patris interitū, vt diximus, vindica-
rā. Sed nunc auguſtioribus, quam antea auſpiciis, liberata fuit; ſiquidē iam amplius ne-
q; aquā viſa eſt in fœdiſſimæ illorum ſeruitis tenebras recidiffe. vt ex eo facto ad Abar-
cā hunc Regem maximus gloriæ cumulus, & laudis accedat. Vxorē duxit Thēudam, ſue
Totam. Cumq; ex Priuilegio, quod ſupra intexuimus, Vrracam nominari conſet; vel
duas vxores habuiffe dicendum eſt, vel quod mihi magis placet, vnam tantummodo;
Totam Vrracam, & nunc hoc, nunc illo nomine appellari ſolitam: quemadmodum in
aliis nobilissimis feminis obſeruauimus. Ex ea filium ſuſcepit, Garsiam, Regnorum he-
redem; ac filias quatuor; Eximinam, Mariam, Theresiam, & Velasquitam. Ac Th-
eresiam quidem aliquando, Florentinam cognominatam fuisse, Sampyrus, aliiq; veteres
Castellani scriptores prodidēre. Qui verò tres altos filios, Ranimirum, Guntifaluum,
& Ferdinandum eidem tribuunt, nominis ſimilitudine deceptos faſſe, ex Garibaii scri-
ptis perſpici optimè potest: Sanctioque eius nepotis tribuendos eſſe. Verūm quo annos 30
Abarca regnat, & quo anno mortem obierit, incertum eſt. Belasco ſcriptor, cuius ſu-

926. pra verba ſubiunxiſimus, anno viceſimo ſui Regni, ſcīlicet Ann. Chr. d c c c x x v i . eum
fuisse mortuum tradit, expulſis omnibus, vt loquitur, Biotenatis: vel Brota Vallis for-
tasse legendum, vt Mauros, qui in Valle Broto degerent, expulſos memorem. Hic verò
annus cum ea, quam paulò ante feci, figuræ illius interpretatione aptè conuenit. Sed
cū ex alio Priuilegio, quod ſupra intexui, Abarcam hunc Cæſonem Ann. Chr. d c c c
xxxiii. quo illud irrogauit, viuere, perſpicuum fit; Priuilegii testimonium Belasco-
niis verbis antepono, Abarcamquæ iudico plures annos regnaffe quam viginti; ſcīlicet à
dicto Ann. c 80 v. quo regnare eum cœpiffe cōſtat; ad dictum Ann. d c c c x x x i i . si
longius vitam illius nequaquam eſſe productam ſtatuumus.

933. 40

G A R S I A S I. A B A R C A , A R A G O N V M R E X II.



G A R S I A S I. Cæſonis filius, Garsias Sanctii, Abarcaque identidem
& ipſe appellatus, in paternam ditionem, mortuo patre, adſcitus, ſe-
cundus Aragonum Rex cenſeri debet. Cuius nomen, ac Regnum
Garibaius primus fuſcitauit: cū antea hoc loco Garsias Tremulus
apponeretur. Autum autē Tremuli, hunc Garsiam fuisse, plurimis à
Garibao ipſo adductis testimonis conuincitur: vxorēq; Theresia
habuiffe. Quæ quinq; ſibi peperit filios; Sanctum nēpe, ac Ranimi-
rum: quorum idē Belasco meminit: Vrracam etiam, Hermigildam, ſo
atq; Simenam, ſue Eximinam. Hæ vero, quibus nuptæ fuerint, non
proditur: nec mirum, cum parētum nulla adhuc prorsus exſtarit co-
gnitio. Et vero Theresia hæc Regina, illius Endregoti Galindi, cuius ſupra meſinimus,
filia fuit, propterea que Theresia Galindi, vt ſuſpicor, nomiñata. Causam vero,
quæ me in hanc opinionem adduxerit, explicare, & quid de Endregoto ipſo ſentiam,
continenti narratiuncula referuabo. Sex & triginta ferme annos Regem hunc regnaffe
conſtat, & Circ. Ann. Chr. d c c c l x v i i i . fato perfunditum. Vnde eidem neceſſa-
rio insignis illa Iuncaria clades tribuēda eſt: ex qua poſtea ſubsequutum fuit celebre Pe-
lagii martyrium: qui in locum patrui, Hermoigii Tycensis Epifcopi, ex eo p̄cilio ca-
priui,

ptui, obses tradicu, quod Catholicam Fidem eiurare noluisset, Cordubæ passus est. Nam Sampyrus Asturiensis Episcopus, & Raguel vetusti scriptores, ut Ambrosius Morales, pius, & elegans scriptor, auctore est; Garsiam Pompelonensem Regem eo prælio deuictum attestantur: quatuor verò post annis, Aera nempe DCCCCLXIIII. Pelagium Cordubæ martyrii coronam consecutum. Et quamvis locum Sampyri idem Ambrosius emendandum censeret, ut Aera DCCCCLXIII. legatur, uno scilicet anno anteposito, idque ratione literæ Dominicalis, qui priori Aeræ conuenit, posteriori verò nequaquam: nos autem libentius credimus eo loco Aeram pro anno fuisse sumptam, ut Ann. Chr. DCCCCLXIII. Pelagii martyrium exstiterit. Nam iste annus, cum bissexus fuerit literæ Dominicali, quæ ex Sampyrite testimonio colligitur, aptissimè conuenit: atque ita locus illius nulla indiget emendatione. Nam si veram Aeræ computationem intelligere velimus, ut Anno DCCCCLXVI. qui ex eadem elicitur, Pelagius Cordubæ mortem subierit, cùm quatuor ante annos ad Iuncariam vallem pugnatum fuerit; nullus sanè Garsias Rex illis temporibus fuit, ad quem ea facta possint referri.

SANCTIVS II. ABARCA, ET GALINDVS, ARAGO-

NVM REX III.

SANCTIVS II. Garsia L. Filius, Cæsonis N. tertius Aragonum Rex, post mortem patris, illius ditionem obtinuit. Sanctum autem Garsiae, ac Garcesii, interdumque & Garsianis, id est Garsiae filium; tumetiam Sanctum Galindi, Galindez, ac Galindonis quoque eum vocatum constat: illudque etiam illustre Abarce præsetuisse in Cæsonis memoriam cognomentum. ut noti parvam hæc tā varia nominum ratio confusionem peperit. Vxorem duxit nobilē feminam, Vrracam Ferdinandi, vocatam. Ex ea tres habuit filios; Garsiā, Ranimirum, & Guntisaluum: quos omnes, iti priscis monumenti. Reges nominatos inueniri, Garibaius affirmat. De Garsia verò nec mirum: quippe qui, mortuo patre, illius suffectus est heres, cognomentoque Tremulus vocatus. De Ranimiro autem, & Guntisaluo, cùm nusquam appareat fuisse Reges, forsitan affirmare licet, quod Rudericus Toletanus Antistes de Regum filiabus testatum reliquit: eas nempe, quamvis Regibus haud nuberent, Reginas antiquitus nominari solitas; ut idem in filiis masculis aliquamdiu factum suspicemur. Huius verò Regis Sancti nulla ante Garibaium exstabat memoria. Nominis autem similitudine decepti, quidam Cæsonem Abarcam, eum credebat esse, alii Sanctum maiorem, Imperatorem vocitatum. Diversum autem ab utroque fuisse, tum ex eodem Garibaio colligitur, tum inter cetera ex quoddam Pinnatensi Priuilegio, quod hic intexam libenter, ut opinionis meæ reddam causam, quæ me impulerit, ad Regem hunc, Endregotum Galindi ex Theresia filia nepotem statuendum; ipsum verò Endregotum, à superiori alio Endregoto diuersum. Ac priuilegium quidem est huiusmodi.



IN Nomine Domini nostri Iesu Christi, & pax omnium Sanctorum ubi sunt virtutes reconditæ in hunc locum, qui appellatur Siresa; glorioisque ac beatissimi Petri, Domini Apostoli, & fratris eius Beati Andreae Apostoli, & domini Stephani Leuitæ, & domini Michaelis Archangeli, atque Sancti Salvatoris, vel sibi plurimorum Sanctorum, quorum sunt ibi Reliquæ reconditæ; ut præbere dignetur auxilium Dominus noster Iesus Christus, illis intercedentibus; & placeamus Christo. Amen. Ego Endregotum Galindonis, & prole eius Sanctio Garsianus Rex, & uxor eius Vrraca Ferdinandi. Sub gratia Dei, grato animo, & propria voluntate: covenit nobis pro redēptione anime noſtre, & ideo in loco Sanctorum offertimus Villā, quæ dicitur Exauerre mantes post obitū nostrū, cum omnib. omnino domīs, hortos, vineis, vel omni herēcia, molinos, pratos, vel omnia, quæ nobis pertinet in loco illo cū suis terminis de Aragoni affuso, & de Vallearians ad entro, usq; ad illorū de bissun, quomodo aqua vertit ad illā serrā de Sancti Adriani. Et ex alia parte de illo puyo bosacuso, usq; ad illas vineas de Sancta Maria; & de illas copezas de illo monte, quomodo aqua vertit, usq; ad Aragon: & de illo molino de Sancta columba à iuso; & frontationes de illa vallella super Botia, liberam, ac sinceram habeant potestatem. Placuit nobis, atque conuenit nullo ingenio coniungentis, neque articulorum suadentis, sed propria nobis accessit voluntas, ut fiat securitatem de hanc cauſam, sicut & Domini, & parentes nostri, vel aliorum bonorum hominum tradi- derunt, & confirmauerunt, ut securius permaneat in pace. Et si aliquis ex propinquis nostris, vel

aliorum hominum, factum nostrum voluerit disrumpere; non habeat cum Christo participium sed cum Iuda traditore, sceleratus, & peccatoribus habeat participationem.

FACTA Carta Confirmationis sub die tertia Kal. Iulias Aera Mix. Regnante Sanctio Garseenus, & Vrraca Reginam Aragone, & Pampilona: & Degio Episcopo in Aragone: Blasco Episcopo in Pampilona: & Bernardus Episcopus in Naiera.

Ego Sanctio Garseenus, qui hanc Cartam fieri iussi, manu mea roboraui, & sig



Ego Endregoto Galindonis manu mea roboraui.



Ego Vrraca Ferdinandi manu mea roboraui.



Inter omnes itaq; aperte constabit istius Sanctii II. Regis vita, & Regnum; Regnum vero, Aragonum & Pompelonæ. Illud autem Garseenis, patronymicum nomen est; atque idem valer, ac si se Garsia esse filium protulisset. At dum se simile eodem loco Endregoti Galindonis prolem nominauit: facile intellec̄tu est, perinde id accipi debere, ac si dixisset, se Endregoti ex filia nepotem profiteri; cueniscque ex eo, ut propterea quod sibi auus, ipse Endregetus esset, sustulisset illum in literarum monumentis anteferri sibi; cum apertares sit, illam, proli, vocem maiorem minimè habere vim, ne latius patere, quam vtea tantum aur filius, aut ex filio, vel filia nepos, siquidem successor, aut heres futurus, exprimatur. De Endregoto autem hoc, nihil habeo quod dicam; præterquam quod iam sat satis constat, quot annorum inter eum, ac primum illum, secundi Comitis Aragonensis filium, de quo supra, interie etum sit in certuallum. ut non abs re diuersos vnum ab alio statuerimus. Athunc pro certo habeo, quod initio dixi, nempe ab Aragonensibus illis Comitibus duxisse genus suum: an vero ab Endregoto illo, vel a quo alio, incertum prorsus. Atque etiam si hic Comes non fuerit (neque enim eum fuisse appetet, nec si fuisse Comes, in hisce monumentis suppressisset illius tantæ dignitatis gradum) suspicor tamen in montosa illa regione fuisse illum magis alicuius ditionis, pro illorum temporum ratione, potitum: eaque Theresiam filiam, quam huius Regis diximus matrem, Garsia I. Regi, illius patri, ornatam & locupletaram, nupsisse. Vnde etiam perspicuum fit, ut quem Regem Sanctum Galindi, seu Galindez, vel Galindonis, in veteribus monumentis interdum vocatum, Surita primum illum Cæsonem Abarcam autumauit; esse hunc eius nepotem statuamus, eidem licentiam istam eo Galindi nomine, patronymiciloco, vtendi concedentes, potius quam Cæsoni ipsi, quem nihil video cum vlo Endregoto habuisse, nec habere potuisse commune. Neque aliter meo quidem iudicio tot, tantæque res possunt sibi ipsis constare. Sed hoc pacto ex omni parte misericordiè consentiunt inter se. Quinimmo & hoc Rege interposito, qui Abarca, vt dixi, interdum vocari consuevit; tolluntur penitus difficultates, quæ hactenus in Regum, Sanctii I. Cæsonis, ac Sanctii III. Maioris Imperatoris dicti, concinnandis factis oriebantur. Ad hunc enim Sanctum II. referendum est Priuilegium illud à Surita in Annalibus annotatum, sancto Petro Siresiensi concessum sub Ann. Chr. DCCCCLXXI. quo se simul cum Vrraca vxore in Aragonia, & Pompelonia regnare dicit. Quod misericordiè conuenit nostræ supra traditæ opinioni. Nam dum se in Aragonia regnare ait; aperte indicat, Regiam Aragonum Regni nomenclaturam iam illis temporibus viguisse, minimeque eam à Ranimiro, postero Rege, petendam. Itidem etiam de hoc rege Sanctio II. intelligendum est graue illud Codicis Donationum Regiarum, & Assignationis agrorum sancti Petri Tabernæ testimonium, ab eodem Surita in Indicibus adductum: in quo sub Ann. Chr. DCCCCLXXXVII. Kal. Ianuarii, Sancti Regis, & Vrracæ vxoris, ac trium liberorum, Garsia, Ranimiri, & Gonsalui, mentionem factam prodit. Quamuis autem id Sanctio Maiori tribuendum eidem Suritæ placet, Aerascilicet pro Anno sumpta: tamen nequaquam, vt ex eodem eruitur, eo etiam pacto rerum series sibi potest constare. Hoc autem nouo Rege interposito, aptissimè & rerum, & temporum ratio cohæret. Similiter etiam, & ab hoc Rege concessum appareat Priuilegium illud Donationis locorum de Martes, Bahues, Huertolo, Pinnateni Cœnobio sub

971.

quo se simul cum Vrraca vxore in Aragonia, & Pompelonia regnare dicit. Quod misericordiè conuenit nostræ supra traditæ opinioni. Nam dum se in Aragonia regnare ait; aperte indicat, Regiam Aragonum Regni nomenclaturam iam illis temporibus viguisse, minimeque eam à Ranimiro, postero Rege, petendam. Itidem etiam de hoc rege Sanctio II. intelligendum est graue illud Codicis Donationum Regiarum, & Assignationis agrorum sancti Petri Tabernæ testimonium, ab eodem Surita in Indicibus adductum: in quo sub Ann. Chr. DCCCCLXXXVII. Kal. Ianuarii, Sancti Regis, & Vrracæ vxoris, ac trium liberorum, Garsia, Ranimiri, & Gonsalui, mentionem factam prodit. Quamuis autem id Sanctio Maiori tribuendum eidem Suritæ placet, Aerascilicet pro Anno sumpta: tamen nequaquam, vt ex eodem eruitur, eo etiam pacto rerum series sibi potest constare. Hoc autem nouo Rege interposito, aptissimè & rerum, & temporum ratio cohæret. Similiter etiam, & ab hoc Rege concessum appareat Priuilegium illud Donationis locorum de Martes, Bahues, Huertolo, Pinnateni Cœnobio sub

987.

Ann.

Ann. Chr. DCCCCLXXXIX. à quodam Sanctio Rege interrogatum : cuius idem Surita in suis Annalibus meminit. Et licet à primo illo Sanctio Cæsone concessum putat ; nequam, sed ab hoc eius nepote dicendum est. Quem Iuxta Garibaii historiam, ac eam, quam ex prædictis elicere possumus, computationem, viginti annos plus minus Regnum potum constat: Ab Anno nempe DCCCCLXVIII. vel circa, ad Annū DCCCCLXXX. V. quæ dies Vicesima quinta Decembribus eiusdem Anni ab eodem Surita in Annalibus primi illius Sanctii Cæsonis Regis morti tribuitur, forsitan huic Regi tribuenda sit.

989.

990.

GARSIAS II. ABARCA, TREMVLVS, ARAGONVM

REX IIII.



GARSIAS II. Cognomento Teemulus, Sancti II. filius, Garsias II. Nepos, Cæsonis Pro i. patre fatis functo, in eius Regnis successit: & quandoq; Garsias Abarca, quandoq; Garsias Sanctii, id est, Sancti filius, vocatus in veteribus monumentis inuenitur. Tremulia item cognomen sibi inditum ferunt à nimio tremore, quo in bellorum initiis corripiebat: tametsi poste in ipsis præliis fortis erat, ac intrepidus dimicator. Cuius rei cū in multis, & maximis pugnis pulchra, & ampla signa de lisset: cum illud in acerrima illa pulcherimum, quam prope Vxamam Vrbem commisi. dum Almanzorē Cordubensi. Regē armis superauit: si modò in ea Regem hunc nostrum præsentem affuisse, vt ex quibusdā, quæ nuper comperi, monumentis colligi potest, certum sit; num eo absente illius exercitum huiusmodi viatoriam reportasse, aliorum scriptis testatum est. Denique in præriorū initiis vius fuit sæpe Garsias iste Rex, corpore, atque artibus, numquam tamen animo, aut mente contremiscere. In eius uxore nominanda nimium variant scriptores. Alii enim eam Costantiam vocant: alii Epiphaniam; alii Eluiram. Ex Garibaii vero historia colligitur, cui hac in re libenter a Tento, Eximiniam istius Regis uxorem fuisse: vñ cumq; tanū filium ex ea natum, Sanctum Maiorem. Eo etenim, qui ei duas filias tribuit, Teresiam scilicet, ac Sanctiam, quæ strenuo illo, numquam laudato satis, Ferdinandu Guntisalui, Castellæ Comiti, nupta fuit: erasse iudico, cum Comite in ipsum longè ante haec tempora, siquidem An. DCCCX. i. vel circa simul cum ipsa Sanctia Comitissa uxore in signe illud sancti Petri de Arlança Monasterium fundasse, perspicuum sit. Quare aut eam minimè à quoquam ex nostris hisce Regibus præcreatam fuisse dicendum: aut si alicui eorum tribuenda; primo illi quidē Abarca Cæsoni: tametsi illud etiam mihi haec tenus satis certum non est. Vix decem annos hunc Garsiam Tremulium regisse constat: quandoquidem & vetustis monumentis per Garibaium annotatis, & Belasconis testimonio à Surita in Indicibus apposito circiter unicum Millesimum Natalis Christi Annum eundem obiisse appetet. ut & vera Attarissæ Aræ Inscriptio, qua n. eidem Sori & in Annalibus haic Regem tribuere placuit, ei⁹ aucto Garsia tribuenda sit. Nam cū in dicta Inscriptione continetur, arcē illam, à Garsia Fortunionio constructam fuisse, Aera DCCCCLXIX. Regnante, ut loquitur, Rege Garsia Sanctii: necessariò eius numeri nota in huius Tremuli auum rei cienda est; huc ipsius Aeræ genuinam computationem sequamur, siue Aeram pro Anno sumere velim⁹. Neutra autem eorum supputatio huic Regi Tremulo conuenire potest: qui quatuor annos numero, Aragonum Rex censeretur debet.

1000.

SANCTIVS III. MAIOR, IMPERATOR, ARAGONVM REX V.



SANCTIVS III. Cognomento Maior, Tremuli F. Sancti II. Nep. Garsiae I. Pron. Cæsonis Abn. patre mortuo, Regnorū Aragonum, Supratbii, & Pompelonæ imperium consequitus, quintus ordine, Rex Aragonum fuit: Hispanæ Imperator dictus, quod Castellæ etiam dominatum, vxoris iure ad ipsius fuisse. Ea enim cū Sancti, Castellæ Conitis, filia, ac Garsie Intantis ad Legionem Septimam Geminanæque interficti, soror esset; illius Infecta vitæ leeres. Nomen autem ipsius variis legi ut apud scriptores. Quidam enim Domnam Nunian, siue Muniam Domnam, q. idem planè videtur, vocaram tradundi: ali Elairam, Geloytam, vel Geloydam alii. Quandoque etiam eam, Dominam Maiorem, nominatam cernimus; sed hoc à viri fortasse cognomento: qui ob id, quod ad maius, quam ceteri omnes imperium peruenisset, Sanctius Maior ut suspicor, dictus est. Ex ea, siue hoc, siue illo modo vocata fuerit, tres filios suscepit; Garsiam, Ferdinandum, & Guntisaluum. Nam Ramirus, siue Ranimitus, qui quartus eidem filius adscribitur; ex Gaya, siue Caya illustri femina,

Ayuariæ domina, susceptus est. Inter hos autem filios Regna partitus, intestinorum bellorum originem dedit. Garsiz etenim, filio natu maximo, quod falso adulterii crimine Reginæ matri intulisset; autam Castellæ ditionem abdicans, Pompeionense Regnum attribuit. Ferdinando vero, secundo genito, Castellæ donauit Comitatum: qui primus, Castellæ Rex vocatus fuit. Guntisaluo autem, siue Gonsaluo, minimo, Suprabiensem, & Ripacurtiensem ditiones assignauit. At Ranimiro filio, Aragonum tantummodo Regnum: atque id, ut proditur, nouercæ indulgentia, quod se aduersus fratres pudicitiae illius defensorem obtulisset. Itaque ex hac, ut diximus, Regionum divisione quatuor Regorum stemmata dimanarunt: diuturnorumque inter fratres, ac posteros bellorum initia. Sed missa ea faciemus, tantum quod proposuimus, Regum Aragonum seriem persequemur. Regionem igitur, quæ Aragonum Regnum nomine Ranimiro ipsi ab hoc Rege Sanctio Maiore tradita fuit, eam solummodo fuisse apparet, quæ solis prisci Aragonensis Comitatus finibus terminabatur: quamquam eadem ipsa postea, ditionum, Suprabizæ, ac Ripacurtiæ, ob Guntisalui fratri interitum, acceleratione facta, concreuit. Iam vero Ripacurtiensis Regio (libet enim nonnulla dicere hoc loco de ea) Comitatus nomine circiter Annum Chr. cc **XXXIII.** appellata cernitur, sub Bernardo Comite, Aragonensis Comitis genero. Cui Athonem fratrem, quem aliquid, Comitem, & Episcopum nominatum, legimus, successisse constat. Huic vero Raimundum, ex fratre nepotem; scilicet Bernardi, primi Comitis, filium. Raimundo autem, filium Vuifredum. Atque eo sine liberis decedente, Isarnus I. frater, Ripacurtiensis Comitatu*præf*ectus est. Ipsi vero Isarno I. filius Isarnus itidem II. ex non iusto matrimonio natus, successit. Isarno autem II. Gulielmus filius. Quos omnes Ripacurtienses Comites quandoque Francorum Regibus, quandoque etiæ & nostris paruisse fertur. Tandem Gulielmo Comiti Rex Sanctius Maior Comitatum arripuit: Guntisaluoque filio simul cum ditione Suprabienensi donauit. Isque Guntisaluuus Suprabiensium, & Ripacurtiensium Regis sibi nomen adscivit. Huius igitur Sanctii Maioris obitu, Pompeionense Regnum ab Aragonensi, & Suprabienensi Regnis primùm disiungi cœptum est: cu ab Innico Arista ea usque tempora semper copulata exstisissent. Postea vero saepius & seiuncta, & subiuncta fuisse demonstrabimus. At Sanctius iste Rex, Imperator dictus, eam maiestatis, ac potentiae amplitudinem consequitus, qua nulla maior, nec æqualis à **30**

1023. Gothici Regni euersione in Hispania visa fuerat, Ann. Chr. **XXXIIII.** horum omnium Regionum fuit potitus: ut Pertuia *præclarus* nostri iuris interpres obseruavit. Sic namque in extremo cuiusdam Priuilegiis, dicto anno irrogati, se legisse testatur. *Regnante me in Pamplona; in Aragonia; in Suprabio; in Ripacurtia; in omni Gasconia; & in Alaua; & in cuncta Castella; in Asturiis; in Leone; siue in Astorga.* Era **M LXI.** Atque dum Gasconæ meminit, fit, ut dicamus, eidem Aquitanæ partem, quæ Aristæ olim patrimonium fuit, hereditario obuenisse iure: propterea que se in omni Gasconia regnare dixisse. Neque enim ab eo trans Pyrenæos bella fuisse commissa memorantur. Vnde etiam eruitur, Beneharnenses omnes, qui postea ad Cæsar Augustanæ vrbis liberationem in nostrorum subsidium **40** conuenere, Alfonsi nostri Regis vassallos exstitisse; quod ad eum, ut coniici potest, hereditario simillimo iure illa pars Aquitanæ peruenisset: quæ iam diu à nostrorum Regum descivit imperio. Ac eandem etiam ob causam in antiquis nostrorum Regum Priuilegiis in Testium Confirmatorum loco tot Aquitanorum Episcoporum nomina inueniuntur: quippe quia eorum subdititii, Regiam curiam assidue se tabantur. Neque id tantum conjectura pendet, cum Suriæ Ann. **CCCLXXXVII.** Gastonem, Beneharnensem Vicecomitem, nostro Alfonso Regi II. commemoret ipsam Beneharnensem, & Gasconæ ditionem fidelitatis sacramento, maiorum suorum exempla sequutum, subiecisse. Tandem Sanctius Rex post triginta & tres annos, plus minus, quos regnasse constat, mortuus est

1034. A.D. xv. Kal. Nou. Ann. Chr. **xxxxIV.** licet alii in annum sequentem **xxxxV.** illius vitam producunt. Eius corpus in Oniensi, siue in sancti Salvatoris Ovetensi Ecclesia, se pultum primum, deinde à Ferdinando filio ad Diui Isidori Legionense Cœnobium delatum fuit: Imperatricis vero, siue Augustæ vxoris, apud nos in Ecclesia Pinnatensti humatum. Fertur enim eandem viuentem *præcepisse*, ut suum post mortem corpus in eius ditione sepeliretur, qui ipsius viuentis famæ, atque honoris *præcipius* propugnator, ac fautor exstitisset: Ranimiro priuigno se etiæ in hoc, quantum potuit, gratam exhibendo.

RANI

ARAGONENSIVM RERVM COMMENT.

RANIMIRVS I. CHRISTIANISSIMVS, ARAGONVM REX VI. 623



RANIMIRVS I. Sancti Maioris F. Tremuli N. Sancti II. Pron. Garsia I. Abn. Cæsonis Atn. Sextus Aragonum Rex fuit. Nequaquam autem ab eo Aragonum Regum seriem petendam esse, vt vulgo traditum, iam ante demonstrauimus. Plures enim, qui eū antecesserunt, Aragonum Reges exstipple constat: licet Ranimir⁹, h. c, primus fuerit, qui solius Aragoniæ ditionis imperio, priscis tantum Comitatus finibus constituto, sub Regio nomine potiretur. Qua ratione forsitan posset affirmari, eum, primū Aragonum Regē, appellari potuisse. Sed neq; id mihi omnino placet. Quibusdā probari intellexi, quod probabilius videtur, eum propterea, primum

Regem Aragonum, appellatum fuisse, non quia primus fuit Aragonum Rex, quasi ante eum nulli Aragonum Reges exstisset: sed quia inclytum Aragonum nomen, ab eo primum nostris Regibus, & posteris eorum familiis, gentilitium manauit. Ceteros enim Reges qui eum antecesserunt, post Sanctum Cæsonem, ipso nomine ab Abarba sumpto fuisse sèpius vocatos constat. Vnde sit, vt in veteribus nostrarum rerum monumentis plures Reges Abarcas, tum Sanctios, tum etiā Garsias, inueniamus. Nam ad similitudinem Gothorum Regum, apud quos plures Flauios fuisse, certum est, in cuiusdam Flauii memoriam, qui inter eos habitus fuit clarus, & potens: omnes hi Reges post Abarcā, ab eo se Abarcas Reges nominari voluerunt; à quibus quæ Abarcarum apud nos existant vetores, illustresq; familiae, originē duxisse perhibentur. Ab hac itaque istorum Regū tantum nominum similitudine, tota ea, de qua satis supra conquesti sumus, & temporum, & rerum confusio orta est. Verū enim uero Ranimirus hic Rex, deposito eo Abarcæ nomine, primum illustre nomen Aragonum, in posteros gentilitium induxit, D. Ranimirusque Aragonius vocari cœpit: quam consuetudinem quotquot post eum sequuti sunt Reges nostri usque ad Catholicum Regem Ferdinandum seruauerunt. Quo pacto credibilius est, potuisse eum à scriptoribus, primum Aragonum Regem, appellari. Sed iam post hac facta erit, vt ab hac eorum sententia, tanquam futili, & commentitia, discedamus. Hic igitur Ranimirus Rex in Guntisalui fratri, à Ramoneto de Tomanera, siue, vt alii trahunt, Gafeuennan, Vascone, ad Monclisi pontem interempti, locum cooptatus, Superbiensem, ac Ripacurtiensem ditiones adscivit: indeque Regnorum Aragonum, Superbi, ac Ripacurtiæ imperio simul potitus fuit. Gisbergam, quam alii Gilbigam, Bernardi Rogerii Comitis, & Brisindæ seu Garsindæ Comitissæ vxoris filiam, in matrimonium duxit, nimirū pulchritudinis feminam, ut testatur idem Rex in istius Syngraphæ initio. Anno incarnationis 80 XXXVI. 22. Augusti; Luna 25. Ego Ranimirus, proles Sanctiis Regis, accipio uxorem Gisbergam, filiam Comitis Bernardi Rogerii, & Comitissæ matris eius Garsinda: quam dederunt mihi Ricardus, Episcopus Vigoritanæ civitatis; & Proconsules Catitanenses; Garsia Forte; & Gelme Forte, fratres veterini. Et dedi ei sponsalia pro Doce, & Arram, & proprie honorem, amorem, & pulchritudinem suam aliquid de hereditate, quam dedit mihi pater meus in territorio Aragonensi. Nonnulli autē eam, tantum Hermessendam, vocant. Sed Gisbergam, & Hermessendam viroque nomine vocatam fuisse, ex aliis eiusdem Ranimiri Regis monumentis colligitur, quæ apud Sancti Ioannis de Pinna monasterium exstant: in quibus idem Rex ita loquentem inducit. Notum sit, quod quinta feria, mediante Quadragesima, in Mense Março, quando insirmavi in sancto Ioanne, & commendauai Deo Sanctū filium meum, filium Hermessenda, quæ vocata est per baptismū Gisberga. Alia verò consultò omittimus, quia ad nostrum institutū nihil attinient. Ex ea igitur uxore filios duos, ac totidem filias suscepit: filios quidem, Sanctum IIII. Regnorum heredem; ac Garsiam, Aragonensem primum, posteà Iaccensi Ecclesia in Cathedralem suo tempore erecta, Iaccensem quandoque Episcopum appellatum. Filias verò; Sanctam, Tolosati; ac Theresiam, Prouinciæ Comitum uxores. Hanc verò Sanctam, mortuo patre, Comitissam in Atares, quandoque Comitissam Sanctam, absolute vocatam, in priscis monumentis obseruaui. Aliam præterea filiam Vrracam habuit; & filium etiam, Sanctum Ranimiri: cui Ayuariam maternā ditionē, necnon & Ripacurtiam donauit, antiquo Comitatus nomine eidem restituto. Sed eo posteà, vt nonnullis placet, sine filiis decedente, Ripacurtiensis ipse Comit⁹ ad Regiū Aragonum diadema reuocatus fuit, ac eidē per plures annos subiunctus. Præterea idē iste Ranimirus Rex Cæsaraugustanæs, & Ilerdenses Maurorū Regulos sibi quotannis tributa soluere coēgit: ac bis signis collatis cum Oscensi Regulo contendens, victor euasit. Fines deinde suos paulatim producendo, Palliarensē ditionem suo adiunxit imperio. His rebus, ac aliis præclarè gestis, illustris habitus: illustrior vero

1036.

iudicatus est, quod de Sacra Religionis cultus, cærimoniarumque instauratiōne, qua maximè opus erat illis temporibus, curauisset. Ad Iaccam enim Urbem multorum Episcoporum habitu Conilio, Ranimiro ipso assidente, Sacra omnia ex Catholice & Romanæ Ecclesiæ sanctionibus instaurata fuere: ipsamque Iacetanam Ecclesiam, tunc in Cathedram erectam, Sanctius Aragonensis Episcopus obtinuit. Vnde qui ante Aragonenses: postea Iaccenses Episcopi appellari cœperunt. Minimè autem erit à nostro instituto alienum hoc loco in medium proferre istius Provincialis Concilii, ut sancte coniicimus, fragmentum, quod in peruetusto Codice Pinnatensi antiquis literis exaratum inuenimus. Cuius hoc est exemplum.

De Concilio, quod fecit Ranimirus Rex cum Episcopis, & Abbatibus suis
in Sancti Ioannis Cœnobio.

RESIDENTE glorioſo Principe Ranimiro, una cum venerabilibus Episcopis: ſcilicet Sanctio, & Garsia, & Gomesano; & Abbatibus Sancti Ioannis Cœnobii: ſcilicet Belasius, & Paternus minor. Residentibus etiam uniuersis fratribus, & Clericis ſui Regni in Capitulo prænominate Cœnobii, ita Sanctius Aragonensis Episcopus exorsus est loqui. Pro disciplina, & ordine Ecclesiastico, cum diligentia cura, ac prouidentia traetemus, ſi placet domino Ranimiro Regi, ac Episcopis, Abbatibus que ad ſtantibus, nec non etiam Monachis, ac uniuersis Clericis, ea que ad ordinatio[n]is tenorem pertinent iuxta Diuinæ legis precepta, & Nicænorum Canonum constituta; accum adiutorio Domini in omnem auum mansura ſolidemus, ſicut eſt prædeſtinatum, & conſtitutum ab inclito Rege Sanctio, totius Hesperie domino. In praesentia Episcoporum ſubscriptorum: ſcilicet Sancti Episcopi Aragonensis; & Sancti, Pamplonensis; Garsie, Naiarenſis; & Arnulphi, Ripacurtiensis; & Iuliani, Casteliensis; & Pontii, Ovetensis; & aliorum plurimorum Episcoporum: nomina quorum longum eſt dicere. Hoc veð eſt noſtræ institutionis decretum: Ut Episcopi Aragonenses ex Monachis prefati cœnobii habeantur, & elegantur. Ranimirus Rex ſtans in medio Concilii dixit: Ego laudo, & corroboro decreta genitoris mei Sancti, ac huic vestræ definitioni ſubſcribo. Uniuersi Episcopi, ac abbates ſimul cum Clericis dixerunt: Laudamus, ac huic ſubſcriptioni nos ſubſcribimus. Hic meo iudicio deſiderantur non pauca. Quicunq[ue] futurorum Regum, ſucceſſorum noſtrorum, transgredientes, & deuiantes ab hoc Regali ſimul & Pontificali decreto; temptauerit, diſſoluere hanc ſcripturam: in praesenti ſeculo Omnipotens Deus, qui eſt iustus index, & Regum Rex, diſſoluat, & diuidat Regalem honorem, & potentiam Regni eorum, de que illud ſe diligenter, & timenter, & noſtri a decreta ſeruantibus: & in futuro ſeparati a consortio omnium Christianorum, interpellante pro eis beato Ioanne Baptista, cum omnibus Sanctis participantur in ſocietate cum Dathan, & Aby-on, & Iuda traditore in Inferno inferiori, luentes pænas perpetui incendii ſine fine per aeterna ſecula. Amen. Data eſt ſententia VII. Kal. Iulii Aer. **XLXII.**

Ibi autem Aeram pro Anno ſumptam fuſſe a pertè colligitur. Prouinciale enim hoc
1062. Concilium Ann Chr. MLXII. habitum fuit. Sequenti verò Ann. MLXIII. ad Gradus arcis
1063. A.D. IIX. Id. Maii. Ranimirus ipſe Rex à Sanctio Castellæ Rege, Ferdinandi fratris filio, prælians interfectus: ac vna cum uxore in Ecclesia Pinnatensi ſepultus. Ob tantas autem reſtam præclaræ gestas, meritò cum Gregorius VII. Pont. Max. cohonestauit illuſtri
Christianissimi Regis cognomento.

SANCTIVS IIII. ARAGONVM REX VII.



SANCTIVS huius nominis IIII. Ranimiri I. F. Sanctii Maiores N. Tremuli Pron. Sanctii II. Abn. Garsiae I. Atn. Cælonis Trin. Aragonum Rex VII. cū duodeuiceſſimo ætatis anno Regale munus accepit; poſteā ditionem ſuam latè amplificauit. Nec magis rerum gestarū gloria clarus, quam religione, & pietate insignis fuit. Ad vberes namq[ue] & fertiles regiones expugnandas, quarū Mauri ad planiciem potiebantur, arma conuertens: Balbaſtrum, olim Buttinam; Beliam, nūc Boleam; Gradū; Loharim, quam antiquam, vt diximus, Calagurrim Iuliam Nassicam credimus; Marſcuellum; Alquezarem; Lunam; Montionem; plurimaq[ue] alia opida, & castella ab infidelium manibus eripuit, nonnulla condidit: ac plura etiam pia loca conſtruxit. Lunā verò, Gallicolim primū, deinde mutato nomine Montem maiorem vocatam veteribus quibusdam monumentis inuenio: atq[ue] vt ſuſpicor Gallicolis, ea Arabicæ vox, idem valebat. Vnde quod eidem nomen eſt Lunæ, fortaffe fuſſe ductum, crudissimus Petrus Ioannes Nunneſius Valentinus obſeruauit: vir quidē in vniuersarum artiū ſtudiis ſcienter versatus, in primisq[ue] politiorum humanitatis, interiorumq[ue] ac reconditarum literarum peritissimus. Nam vt illius verba exprimam, antiqui Geographi montes, qui celiſſimi erant montes Lunæ vocabant: quas i tantam eſſe eorū altitudinem indi- cantes,

cantes, ut Lunam prope contingenterent. Atq; ita Bet Africę montē, à quo Nilus fluit, Lunę montem dixerunt. Ad cuius similitudinę fieri enim id potuit, Arabes, qui indidē traiecti, patriam occuparunt, montosę huic regioni, Lunę nomē imposuerunt: tametsi non tam mihi excelsi illius colles vidētūr. Sed tanti viri mentionē intermitti non siui, q; ab eo fuc̄im in Valentina nobili Vrbe, & copiosa, peritissimisq; hominibus, ac liberalissimis studiis affluente, eum puer adhuc essem, & Latinis, & Gr̄ecis literis eruditus, ita ut quicquid habeā, id totum ex illius disciplina habeam; iamque ipse, siqua est huiusce rei ratio ab optimarū artium studiis profecta, eius omnis à me repetere fructū iurē possit. Quē satis vberem cepi pr̄teritis diebus illius de me iudicii, nec vulgaris vigiliarum huiusmodi estimationis. Verum, ut ad rem redeam, Sanctius hic Rex, Pompelonensi postea Regno obtento, suisque Aragonum, Suprarbię, & Ripacurtię subiuncto, omnium harum ditionum sc̄ Regem nominauit. Pompelonenses enim, Sanctio eorum R̄ege Gar-
siz Regis filio, à Rainundo fratre ad Rotam interfecto, eundem Rainundum è Regni finibus expellentes, ne is regnaret apud eos Rex, qui fraterno Regio sanguitie esset pollutus: ad nostrum hunc Sanctium IIII. Regū detulerunt. Inde antiqua hotum Regorum subiunctio facta fuit, hanc diu tamen duratura. Porro hic Sanctius IIII. Castellari, ad Iberi ripas, arcem fortissimam, non longe à Cesaraugustana Vrbe edificauit: vt in ea nostris Cesaraugustanenses Mauros infestantibus receptaculum securum patēret. In eius enim Vrbis expugnationem oculos, ac mentem coniecerat. Sed cū obi-
isset; suum in ea re desiderium explere nequivit. Osca enim, Vescitanę Vrbe, ab eo circumessa, cū illius m̄cenia equitans explorater, à Mauritius visus, sagitta latere confixi, summa, & illustri gloria, è vita excessit Prid. Non. Iun. Ann. Chr. 8094. Qui etiam eundem, quasi alterum Epaminondam Thebanum, Pinnatensis scriptor, nostriq; fe-
rè omnes historicī prodidēre, tum denique auelli sibi spiculum permisisse, posteaquam rogatione sua, publico consilio, ad filium Petrum Regno delato, ab eo, & Optimatibus fidem recepit, fore omnes eō acriūs, quod ipse motiebatur, ad obsecrā Vrbis perniciem eruptūros. vt in ipso vulneris dolore visus sit, lato animo, cum laude, quod pro Catholica Fidei exaltatione decederet, mortuus esse. Eius corpus, quam diu Osca capta non fuit, insepultum mansit. Ea verò, Rege filio assidente, deditiōnem facete coacta, ad
Montis Aragonum Cœnobiu, quod idem Rex Sanctius construxerat, deductum est: ac tandem in Pinnatensi Ecclesia gentilitio tumulo collocatū. Ex Felicia Regina, quæ Ar-
mengolis, & Clementia Vrgellensium Comitum filia fuit, tres filios reliquit: Petrum, Alfonsum, ac Ratimirum: q̄ti omnes Regiam patris ditionem sunt adepti. At Feliciam, secundam illius vxorem fuisse, apparet. Nam prius q̄tiādā illum feminam duxit, Beatricem vocatam. Nulla autem ex ea proles remansit. Quendam etiam filium huius Regis, Ferdinandum vocatum, in prisca quibusdam monumentis reperio: nō hūi tamē eum fuisse. De quo, ac de Felicia Regina, h̄c in antiquis Pinnatensium retum Commentariis. Āera MCXXIIII. Nov. mense, in Castro Sos, Dominus Petrus Sanchiz filius Sanctii Ranimiri, fecit cartam conventionis cum Fredenando suo germano, Iusōne Domini Regis Sanctii, eorum patris, per cambium de Ripacurtia; que fuit data in dote Domna Felicia Regina; & donauit Vieli, cū suis terminis, & Quano cū suis terminis, sicut terminauerat Rex, quando incēpit eum fabricare. Quandoquidem autem Regem hunc Sanctium IIII. Sanctii Cesonis tritēpo-
tem, scilicet atnepotis filium, fuisse memorauimus: non abs re censemē erit, si hoc loco sententia nostra rationem, curabimus reddere, quam promisimus. Itaque duo prototypa. Priuilegia in Tabulario Sancti Ioannis de Pinna adhuc exstant: in quibus Sancti ushic IIII. Rex Sanctium illum Abarcam Cesonem, expresse nominat tritauum suum. Ac prioris quidem Priuilegii exemplum est huiusmodi.



IN Nominē Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. H̄c est Carta, quam facio ego Sanctius, Rex Aragonensium, & Pampelonensium, Deo, & beato Ioanni Baptista, de illo Monasterio, quod vocatur Sanctus Iacobus de Ayuar: quod dedit Tritanus meus Sanctius Rex, cognomento Abartacū omnibus terminis suis, siluis, aquis, paludibus, ac pascuis, molendinis, cum exitu, & regressu Aer. ē xxiiii. Pr̄sidente in Sancto Ioanne Transiniro Abbate, & in Aragone Oriolo Episcopo. Postea dom. & Ecclesia pr̄ maria vetustate cecide-
rant: & homines parvū illius iā per vim terminos abstulerant. Sed Sanctius Rex auus meus, quando ordine, & regulam beati Benedicti in Sancto Ioanne constituit; Deo, & beato Ioanni, & domino Pa-
terno Abbati omnia supradicta liberè redditit. Nunc autē ego Sanctius, Ranimir Regis filius, Do, &
confirmo vobis illū terminum de illo monte de Ayuar: sicut dedit tritonus, & auus meus, & pater meus Ranimirus, per ad illā populationē Sancti Iacobi: & sicuti Senior Eximmo Fortuniones, & Senior

Liquar Ennecones, & Sanctio Ennecones meo Merino, me praeципiente, fecerunt. Et insuper addo vobis illud Solanum, quod est super Monasterium vestrum Sancti Iacobi, usque ad illo Osqueta, ut vestri populatores faciant ibi suas domos, & egrediantur a Claustro Monasterii, ubi nunc habitant. Et non solum ista supradicta omnia Deo, & confirmo vobis, sed etiam Deo volente tantum, quantum possum explicare vestri populatores, tantum habeant terminum in illo monte de Ayuar. Si vero, quod fieri minime credo, aliquis homo post obitum meum aliquid tortum voluerit facere Monachus Sancti Ioannis de his omnibus supradictis causis; si a Sancta Ecclesia priuatus communione, & cum Daian, Choro, & Aburon; & cum Iuda traditore perpetua subiaceant damnationi.

FACTA Carta sub Aera MCKVIII.

Is Cursus. IIII. tempore Quadragesime in Monasterio Sancti Ioannis Baptista, Presidente eidem Sanctio electo pro Abate.

Ego autem supradictus Sanctius, misericordia Dei Rex, qui hanc Cartam facere iussi, proprio manu roborare curauit.



Ego Petrus, eiusdem Regis filius, hinc Donationi consensio, & confirmans subscribo.



Alterum vero Priuilegium eidem Monasterio sancti Ioannis decennio post, scilicet Aer. T. CXXVIIII. ab eodem hoc Sanctio IIII. Rege concessum fuit his verbis.




Ob honorem Patris, & Fili, & Spiritus Sancti. Hoc est Priuilegium, quod ego Sanctius, Ranimiri filius Regis, non meis meritis, sed sola Dei miseratione, Aragonensem, & Pamilonensem, seu Montisonu Rex, unacum filio meo Petro, facio ad Monasterium sancti Ioannis Baptista, quod nuncupatur de Pinna, Aymerico Abbatu eiusq; successoribus, cunctisq; monachis presentibus, atque uturis, in eodem loco Deo famularibus in perpetuum. Digni recordationis Sanctius Rex annus meus, Redemptoris nostri opitulante clementia, deuictis, aq; expulsis Hispaniarum gentibus a Regni sui finibus, accensus zelo eiusdem Redemptoris, cuius ope triu-phans ex inimicis viator exsiliterat, statuit Regnum suum a sordibus, & prophananationibus supradictis gentis penitus emundare, & Eccl. l. sias, monasteriaq; olim ab eisdem diruta renouare, Christi g; seruorum gregem, & beati Benedicti norma per monasteria ordinare. Igitur inter cetera bona voluntatis sua opera constituit in monasterio sancti Ioannis Baptista de Penna: in quo humata sunt aurorum, & prauorum suorum, meorumque nec non patrum res, & matris mee corpora: congregationem monachorum. Qui ut liberè Deo seruire possent, eis libertatis priuilegia dedit. Nam ipsos, successoresq; eorum, & locum cum omnibus monasteriis, & Villis, & alodis suo iuri pertinentibus, facto priuilegio, secundum Priuilegia Cluniacensis monasterii, ab omni iugo, vel censu Regiae, vel Episcopalis, vel alicuius Ecclesiastice, vel Secularis potestatis auctoritate Regalis auferre, & annuente Mantio Aragonensi Episcopo, necnon Sanctio Pompelonensi Episcopo, liberos fecit: & eidem loco venerabilem virum Paternum, Abbatem proposuit, solique Deo seruire precepit. Donationes vero praecedentium Regi, Sancti videlicet avi sui, nec non & Vrraca Regina, scilicet & Garsia patris sui, & Domna Eximinia matris sua, & quicquid idem locus dono, vel comparatione, vel cambio habebat, vel habere videbatur, auctoritate Regia confirmavit. xi Kal. Maii in Legerensi Monasterio Aera MLXIII. Quod priuilegium ipse venerabilis Rex Sanctius manu propria confirmauit, & patrio meo veneranda memoria, Ranimiro Regi, ad roborandum tradidit, & ceteris filiis suis, fratribus patris mei, videlicet Frede-lando, & Garsia, & Guntisaluo, in coniectu Sancti Guilielmi Comitis de Guasconia, necnon & Be-rengarii: Comitis de Barchinona corroborari fecit. Et insuper locum praedictum ex propriis bonis in vita sua honoris locupletauit. Post obitum vero eius, pater meus Ranimius, non solum patris sui Regi Sancti de cunctis decretis inuolabiliter seruauit, sed etiam locum hunc donis auxit, mibi commendans, ut Priuilegia patrum meorum ad tutamen, & nobilitatem eiusdem monasterii facta corroborarem, & dona, qua possem, ibi donarem, iniunxit. Ego vero non immemor praeceptorum eius, Deo auxiliante, totis viribus meis adimplere praecepta eius curauit, & insuper ab Apostolica Sede corroborari feci. Roma namque ad beatum Papam Alexandrum secundum, eiusdem loci Abbatem venerabilem virum Aquilinum misi, rogans, iam supratatum monasterium non dignaretur Apostolico patrocinio munire. Scilicet & hoc defuncto Abate, videns Ego predictum monasterium a fratre meo venerabili Episcopo Garsia in quibusdam causis affligi, & Priuilegia eiusdem Monasterii velle corrumpi: ad confirmanda priora bene acta, Abbatem Sanctum eiusdem monasterii iterum Romam ad beatissimum Papam Gregorium Septimum misi, ro-gans eum, ut ipse benigno predictum locum Apostolica auctoritate, & sua munire, sic ut antecessor eius fecerat, ipse facere non dignaretur. Quod secundum quod poposceram, ipsi libertissime fecerunt. Sanctio queque Abate defuncto, & domino Aymerico Abate in lo-

co eius posito, cupiens hoc cœnobium adeo prorsus munire, & tueri, Apostolicoque simul, & Regali patrocinio; predictum dominum Aymericum Abbatem Romæ ad beatissimum Papam Urbanum misi secundum, obnoxie deprecans Paternitatem illius, ut predictum locum in defensione, & patrocinio beatorum Apostolorum Petri, & Pauli susciperet, & Priuilegium tale eidem loco conferre dignaretur, quo à rapacitate malorum hominum, vel ab iniuione Episcoporum, necnon à praedictio Cardinalium, & Archiepiscoporum, seu à dominatione mala succedentium Regum locus eisde tueri, aut defendi possit: & ut Abbas eiusdem loci liberè ipse, & sui ad Sedem Romanam in omnibus causis, & iudicis Ecclesiasticis, vel secularibus, necno & in ordinationibus Abbatum possint se reclamari. Qui beatissimus pater Papa Urbanus, auditâ meâ humilitatis petitione, credo non meis meritis, sed sancti Ioannis gratiâ compositus, locum hunc in Apostolica suscepit protectione: datoque libertatis Priuilegio, Apostolico patrocinio munitus. Nunc igitur ego humillimus seruorum Dei servus, non meo merito, sed dono Dei Rex Sanctius, locum sancti Ioannis Baptista de Pivna tantus auctoritatibus munitum, Regis ac Apostolicis decoratum Priuilegiis, hac mea presente auctoritate corroboro. Do, Concedo, & Confirmo Abbati Aymerico, & monachis sub eo, vel successoribus suis Deo militantibus, talia precepta, & Privilégia, & decreta, & libertates, qualia habet Cluniacense monasterium, de cuius sanctissimo fonte ordo beati Benedicti in hoc loco prius manauit. Do, concedo, & confirmo eis etiam monasteria, & Ecclesiast parochitanas, nec non & villas, & cellas, & molendina, & silvas, & omnia alodia magna, vel parua, quanta, vel qualia curisque sanctus Ioannes, vel sui monachi ab antiquis Regibus, seu à modernis, vel ab Episcopis; vel à militibus, vel à rusticis, vel à quibuscumque personis, domo, vel cōparatione, vel camio adquisiuit, vel habere videtur, vel visus est, nisi hoc quia Abbates, vel monachi eiusdem loci iuste, aut legitime dimiserunt, vel camiauerunt Regio iussu: ut sicut Cluniacenses sunt liberi ab omni iugo humano seruitutis, ita & isti sint, tautummodo seruantes debitam reverentiam Apostolica Sedi: ut liberi, & expediti valeant exorare misericordiam Dei pro stabilitate sancte Dei Ecclesiae, & pro quiete Regni mei, nec non, & pro suorum, totiusque populi excessibus. Ut autem de libertate predicti loci omnis amputetur contentio; monasteria, quae idem locus adquisiuit temporibus præteritis, nominatim expressi in hoc mea auctoritatis Priuilegio, timēs ne per incuriam Abbatum, vel negligentiam monachorum, Priuilegia, vel Cartula eidem loco à fidelibus concessa depereant. Ideo hic recapitulando nomina: Primo, id est monasterium sancte Ceciliae; & monasterium sancti Torquati; & monasterium sancti Sebastiani; & monasterium sancti Petri de Fornas; & monasterium de Zerapuz: necnon Ecclesiast, & villas, idest Lechinta; & Gisse; & Alastrue; & Martes; & Ena; & Segaral; & Yentayolo; & Legisso; & sancto Petro de Ostias; & sancto Petro de Medianeto; & Acenarbo; & Bortata, Berbues. Has omnes Ecclesiast, monasteria, & Villas dedit Rex Sanctius, cognomento Abarca, Tritanus meus, cum omnibus Decimis, & Primitiis, & oblationibus suis, & cum omnibus terminis, silvis, aquis, paludibus, & pascuis suis, & molendinis, cum exitu & regressu. Actum est hoc Æra T XXVII. Presidente in sancto Ioanne Transiniro Abate; & in Argone Oriolo Episcopo. Do etiam, concedo, ac confirmo, Esu, & monasterium de Naualsalcum suis Villis; idest Larroda, Aranella; & cum omnibus Alodis, & montibus, & Pardinis, & Ecclesiast, cum decimis, & primitiis, & oblationibus suis, & cum omnibus suis omnino rebus, quas habebit, vel habere videbitur; & sancta Maria de Boria cum tota villa; & monasterium sancti Martini de Pacopatina; & monasterium sancti Clementis; & monasterium sancti Salvatoris de Puya; & Villas, & Ecclesiast, idest Latresas; & Biasassi; & sancti Fructuosi de Senes; & sancti Iuliani de Behos, cum tota villa; & monasterium sancti Vrbici de Gallico; & Villam de Sotue, & Votue; & Speciello; Casanova; & Sacramiana cum Ecclesiast suis. Has omnes Ecclesiast, & monasteria, & Villas dederunt Rex Sanctius annus mens, & Regina Domna Maior, cum decimis, & primitiis & oblationibus suis, & confirmauerunt Er. T LXIII. Presidente in sancto Ioanne, Paterno Abate primo in eodem loco sub regulari ordine degente. Do etiam, concedo, ac confirmo monasterium sancti Martini de Cercito, quem dederat Rex Sanctius ::: nus mens. Predictum monasterium Do, concedo, & confirmo cum suis Ecclesiast, & Villis, & cum decimis, & primitiis, & oblationibus suis id est Acomuer; & medium villam de Essun: & medietatem Villæ de Orcentue: & monasterium sancti Christopori de Aurin, cum tota villa; & Palatum de Lares cum tota sua hereditate: & pardinan illa de Siricata: & monasterium Sancti Iusti de Velle: & monasterium sancti Petri de Tossa: & Ecclesiast sancti Laurentii de Cornas: & monasterium sancti Martini de Cella, cum omnibus villis, & decimis suis: & Ecclesiast sancti Philippi de Larbessa iuxta Faulum monasteriu: & monasterium sancte Eusefie de Beral: & monasterium sancti Iuliani, quod dicitur Alpiella, cu omnib ad se pertinentibus: & monasteriu sancti Angeli de Iarne: & monasterium sancti Salvatoris de Serue ad elemosinam cu terris, & vineis, cultis, & incultis, & sine molendinu cum aquis, egressas, & regressus usq ad fontem aqua: & sanctum Salvatorem de Sorripas cum omnib sua hereditate: & Vescos de Gorga: & Larue, cum Ecclesia de sancta Eulalia de Pequera, cum omnibus suis pertinentiis, & sancta Maria de sporreto cu tota villa: & Ecclesiast sancti Petri de Aza cum tota villa, & Ecclesiast de Montvane

eum tota villa. & Ecclesiam Verallanilla cum tota villa: & Ecclesiam de Ortolo cum tota villa: & Ecclesiam de Ardans: & Ecclesiam Nonne: & Ecclesiam sancte Mariæ de Ballatan. Has omnes Ecclesiæ, & monasteria, & villas cum omnibus Ecclesiis suis Do, concedo, ac etiam firmo cum omnibus decimis, primitiis, & oblationibus suis. Ego vero præfatus Sanctius Rex his auctoritatibus patris mei Ranimiri Regis, & matris meæ Domnae Ermisenda, de meo addo, Dono, & concedo villam de Larosa: & palatum de Ayerbo cum decimis, & primitiis suis. Do & concedo, & confirmo monasterium de Borda cum tota sua hereditate. Do, & concedo, ac etiam confirmo Donationes Regum, Privilégia Episcoporum, Auctoritates Romanorum Pontificum, Cartulas, vel Inuestituras Militum, seu virorum, ac mulierum quisas oblationes Deo, & sancto Ioanni obtulerunt: qualia sunt; sancta Tecla de Banaston; & Ecclesiam parochitaram de Banaston; & Ecclesiam de Napal; & Monasterium sanctæ Mariæ de Ballarun cum villula, que dicitur sancti Iuliani; & sanctum Pelagium de Gauin; & Ecclesiam de Orant; & Ecclesiam parochitanam sanctæ Crucis; & sanctum Martinum de Botayola; & sanctum Bartholomaeum de Beralcum suis hereditatibus; & sanctum Petrum de Vagilo cum tota parochia, & cum tota sua hereditate; & sanctam Mariam de Viscara; & Ecclesiam de Mortanya; & Ecclesiam de Suasillo cum tota villa; & Ecclesiam sancti Bartholomai ibidem. Has omnes Ecclesiæ, & monasteria Dono, concedo, ac etiam confirmo Deo, & beato Ioanni Baptista cum omnibus decimis, & primitiis, & oblationibus suis, & cum omnibus terminis, sylvis, aquis, paludibus, pascuis, molendinis, cum exitu, & regressu. Omnia vero Alodia quacumque habuit sanctus Ioannes, vel sua monasteria, & quæ in hoc præsenti die habere videantur, vel quæ meo in tempore iniuste perdidit; iustè repeatat, & deinceps sine aliqua violentia, & perturbatione perpetuum possideat. In iungo quoque filius, & nepotibus meis, ac propinquis, omnibusque fidelibus Regibus mihi succedentibus, ut hac nostra decreta, intemerata studeant conservare, & ex propriis bonis locum hunc venerandum seruare studeant; & seruos Dei, ibi Deo famulantes, sustentare non differant: quatenus pro conservatione nostrorum decretorum, & pro erogatione suorum bonorum, intercedente Beato Ioanne Baptista cum omnibus Sanctis, ab aeterno retributore, Iesu Nazareno, suorum valeat impetrare veniam delictorū. Si vero aliqui eorū maligno spiritu superbiae inflati, hac Privilégia Apostolica, & Regalia decreta, ausi temerario disfumpare voluerit, & prædictum locum, monachosq; ibi Deo famulantes inquietare præsumperit; Deus iudex iustus, qui iustitiam in temporaliter diligit, præsumptores diuidet: conservantibus autem pax, & benedictio à Deo, Patre, & filio eius Iesu Christo Nazareno, & Spiritu Sancto sit. Ut autem hoc meum Privilégium per cuncta saecula firmum habeant, manu proprio signavi, & filio meo Petro ad reborandum traxi.

SIGNVM Sancti Regis.




Ego Petrus, prædicti Regie Sancti filius, hoc Regale præceptum domini, & patris mei laudo, & confirmo, & ex nostraparte manu propria scribo



FACTA Carta Era T CXXVIII. oct. Id. Maii in sancto Ioanne: Anno tertio Pontificatus domini Urbani secundi Papæ, Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo Nonagesimo, Indictione XIIII. Rege Ildefonso in Toledo, & in Castella, & in Galicia. Me autem Rege Sanctio regnante in Aragonia, & in Pamplona: & filio meo Petro in Suprarbi, & in Ripacurtia, & in Moncon. Petrus Episcopus in Iacca. alius Petrus Episcopus in Pamplona. Raimundus Dalmaci Episcopus in Rota, & in Moncon. Post restorationem vero Toletana Ecclesia Bernardus Archiepiscopus primus. Aymerit Abbas in sancto Ioanne. Raimundus Abbas in Legerensi Caenobio. Senior Lop Garcez in Uno castello, & in Arrosta. Senior Petro Sanchiz in Boltanya, & in Marcuello. Senior Sanctio Fredelandez in Astares. Senior Galin Sanz in Sos, & in Arguedas. Senior Enneco Sanz in Montecluso. Senior Exime Garcez in Buyl. Senior Fortun Sanz in Baylo, & in Liso. Senior Velasco in Arguis. Senior Galindate in Escoron.

Ego Garcius, Scriba Domini mei Regis Sancti, iussu ipsius, hanc cartam scripsi, & propriam manu hoc signum feci.



Itaque ex his duobus Priviligiis necessario concluditur, Regum post Cæsonem à nobis supra traditam seriem, veram esse. Siquidem ex quo Sanctius hic IIII. Rex his tritauum suum, Sanctum Abarcam Regem, nomiuauit: necesse est, ut ante Sanctum III. Maiores, in Concilio Provinciali, cuius supra meminimus, totius Hesperiae dominum vocatum, quatuor, quos interposuimus, Reges collocentur. Cū enim triit unus, idest ter-

taus, quartus sit ab auo, iuxta illud Saturionis parasiti in Plauti Persa, qui dum suorum edacitatem commemorat: *Numquam, inquit, quisquam meorum maiorum fuit, quin parasse tando pauerint se: pater: auus: proauus: abauus: atanus: tritauus: quasi mures semper edere alienum cibum: nequaquam potuisset Abarca ipse Cæso, istius Sanctii IIII. tritauus appellari, nisi omnes, quos diximus, Reges Sanctium hunc antecessissent. Quin & in postremo Priuilegio id clarius apparet: nedum enim Sanctius hic IIII. Rex Reges, qui ab ipso Abarca Cæsone ad eum interpositi fuere, propriis suis nominibus appellavit, sed & ipsorum nomen vim à Plauto expressam, non iam magna facta mutatione, retinuit. Sed quod ea res planius accipiatur, libet hoc loco eos omnes retro ad ipsum Cæsonē Abarcam versus numerare. In primis itaq; hic Sanctius IIII. Rex qui dicta Priuilegia concessit, se sèpius Ranimiri Regis filium, ipsumque Ramirum, seu Ranimirum Regem, fuisse patrem suum, his nempe vocabulis idem declarantibus, profitetur. Auum autem suum; Regem Sanctium, id est Sanctium II. Maiorem: quem inter filios suos, quos vocat Fredelandū, (idest Ferdinandum) Garsiam, & Guntisaluum Regna sua fuisse partitum explicavimus. Ipsius verò Sanctii IIII. Maioris patrem; nominavit Garsiam: Tremulum nempe, Eximinæ Reginæ maritum. At Sanctum II. quem diximus Abarcam, & Galindum; cui sui auum appellavit, ipsiusque vxoris Vrracæ Ferdinandi meminit: atque idem planè fuit, ac si hunc, abauum, Tremulum autem, proauum dixisset. Nec dubito certè, quin dum iterum in eodem Priuilegio in ipsius abaui sui incidit mentionem: ea vox :...: uus, quæ integrain Archetypo, quod vidi, non exstat, propterea que quod legi non potuerit: adhibuimus eam tot punctis intercismam; abauus, profectò contineret. Quis nam autem Sanctius Rex ab hoc Sanctio IIII. auus cui dici potuisset, nisi is Sanctius II. quem diuersum à tritauo, Abarcam, & Galindum diximus appellari solitum, statuatur? Et ipse Rex Sanctius IIII. in codé hoc ipso Priuilegio, tres ante se Reges Sanctios fuisse, aperte docuit: quandoquidem & auum suum, & abauum, atque ipsum tritauum, Sanctios nominavit. Iam verò quod ab abauo ad tritauum deuenerit, Garsia I. Rege atatu intermisso: nihil obstat, cum suspicari liceat, atauum nulla in beatum Ioannem dona contulisse, fuisse ob eam causam silentio prætermissum. Siquidem eorum tantum Regum memoriam postremo hoc Priuilegio excitandam curauisse apparet, qui de Pinnatensi Monasterio benemeriti fuerant. Itaque fit ex his: vt Sanctii istius IIII. Regis, qui priuilegia huiusmodi irrogavit.*

tritauus sit; Sanctius I. Cæso, Abarca primus nominatus: qui Totam Vrracam habuit vxorem.

atauus autem; Garsias I. Abarca, ipsius Cæsonis filius; ac Thereñæ Galindi Vir.

abauus verò Sanctius II. Abarca, & Galindi, seu Galindez dictus, Vrracæ Ferdinandi maritus; quem, cui sui atium, nominavit.

proauus autem; Garsias II. Abarca, cognomento Tremulus; quem, cui sui patrem, dicit esse, Eximinæ Reginæ, cuius etiam meminit, Virum.

auusque Sanctius IIII. Rex, Cognomento Maior, Imperator dictus.

pater tandem; ipse Ranimirus.

Quo pacto videmus, quām præclare ea omnia conueniant iis, quæ mihi supra proposui consequentia. Aeræ verò annotatio sub his signis T̄ XXIIII. & T̄ XXVII. duorum Priuilegiorum, quæ proximè intexuimus, dū de Cæsone Abarca mentio fit: quanquam Aerem Millesimam vicecessimam quartam in priori, in posteriori autem Millesimam vicecessimam septimam indicare videatur, quasi eis, vel annis per eas notatis, Cæsonem Abarcam Regem vixisse constet; cum id minimè temporū à nobis traditæ ratione cohæreat: ita accipienda est, quemadmodum paulò ante diximus, vt cum Orioli Episcopi, & Transinerti, seu Transimiri Abbatis coniunctim in ipsis mentio fiat, non Millesima, sed Noningeritessima Aera, ea t̄ numeri nota, intelligatur, atque vt Aera pro anno sumatur in ambob?: in quæ tempora ipsum Oriolum Episcopum; & Abbatem Transinirum secundum incidente, ex quamplurimi Archetypis Priuilegiis colligitur. Ad quam significationē quandoque istius t̄ figuræ notam reuocandam esse, vt non semper Millesimū numerum, vt fertur, sed quandoque Noningeritessimum significare statuamus, docuimus supra variis argumentis ex ipsa antiquitate, Archetypisque Priuilegiis petitis. In quibus miræ passim, & penitus difficiles exstant numerorum notæ: cum nedum Latinis, aut Gothicis: sed quandoque etiam Arabicis characteribus descriptæ legantur. Vnde tota ea, quam nunc cernimus, orta est priscæ nostræ verustatis confusio. Hæ enim temporum annotationes, quæ alioquin lumen ipsis rebus adhibere debebant; propter varias eatum, dissimilesque formas, obscuritatem, & tenebras attulerunt. Ipsi enim characteres non clari, & aperi,

nec eodem semper modo, sed variè, & obscurè descripti sunt: propterea que aliud aliis significare videntur. Itaque in eorum declarazione multa obseruanda, quæ non ex alio sensu, quam ex ipsarum rerum serie, atque ex varia tantum lectione interdum de promēda sunt: si nolumus antiquas res penit' obrui, & obscurari. Sed ne instituti mei videar oblitus, proposicam persequar nostrorum Regum narrationem.

PETRVS I. ARAGONVM REX VIII.



PETRVS itaque I. Sanctii IIII. F. Aragonum Rex octauus, in ipsa Oscæ obsidione patris in locum constitutus, aliis belli laude inferior non fuit. Patre autē viuente, satis constat, fuisse eum ditio num Supratibiæ, Ripacurtiæ, ac Montionis, sub Regis nomine, potius titulum diu. Verūm Sanctio patre ad Oscam, ut dictum est, interempto. Petrus Rex in ea expugnanda maiori viri contentione nixus, castra proprius Vrbē admouit. Cuius diuturnæ obsidionis tādio Oscenses Mauri grauissimè affecti, nec ab ea nostros auertere valentes omnia, quæ potuerunt, & suorum, & amicorum auxilia etiam, atq; etiam implorarunt. In quoru opem ingentibus Maurorū copiis ad

1096. Cæsaraugstam Vrbē collectis, ac sub Almoz. ibenio, Cæsaraugstanensi Regulo, carum ductore, propterantibus; Rex Petrus inuicti animi Princeps, minimè earū multitudine perterritus, quamquā innumerabilis erat, impīis hostibus obtuam procedere non dubitauit. Itaq; cū ad Alcotacensem locū, non longè ab ipsa Oscensi Vrbe, acies vtrinq; conuenissent, postquā acerrimè dimicatu fuit: tandem, quadraginta millibus hostiū cæsis, nostrorum verò vix mille desideratis, A.D. xiv. Kal. Decemb. ann. Chr. ∞ xcvi. gloriosem nostrivictoriam consequuti fuere, ac certe diuinā. Præsens enim Diuinū Numen, beatū nempe Georgiū, nostris genib; affuisse, constanti fama receptū est, ac communī omnī traditione: quæ variis etiam scriptorum testimoniis comprobatur. Vnde Petrus ipse Rex nedum insignem hanc victoriam, qua nulla clarior in Hispania ad ea usque tempora visa fuerat, sed & ipsius quoque victoriæ clara etiam Insignia reportauit. Nam inter opima hostium spolia, in nostris eo prælio capta, quatuor Arabum nigrorum Regum absisa capita, inuenta fuere, multis pretiosis geminis ornata: quæ postea, media Crucerulea ipsius Sancti Georgii in quadrū distributa, ac in scuto argenteo collocata, quemadmodū supra exculpta cernuntur, & sibi & posteris Regibus propria, ac vera manserunt Regii Aragonū Diadematis scutorū, ac militarium vexillorum Insignia. Ea enim quæ ab argentea cælesti Cruce, Innico Aristæ data, petita fuerunt, quamquam ab eo hæc usque tempora nonnulli Reges nostri gestare consueuerunt; minimè habita sunt propria Aragonum Regni ornamenta: cū tempore Aristæ Regis, quo cæleste id signum apparuit, Aragonia dīo nondum esset Regni nomine decorata. Hæc autem quatuor nigrorum Regum capita, cū Aragonum Regno iam florente, ab Aragonum Rege assumpta fuerint: semper statuta sunt, vera, ac propria Regii Aragonum Diadematis signa, & trophyæ. Quin immo & quod vocamus, Deputationis Aragonum, siue Deputatorū Regni Sigillum, Diuinum Numen hoc in prælio ostensum, scilicet Beati Georgii effigiem, in se continet: quem inde nobis, ac ipsi Regno Diuū Tutelarem constitutum fuisse, certum est; eandem hanc insignem victoriam in his quoque reb; indicando. At verò quod hæc, semper fuerint vera, ac propria Aragonum Regni Insignia; sic ille statuit, qui inter præclaros Reges nostros habitus est semper Alfonsus V. Sapiens, & Magnanimus Rex. Is enim Vicecancellarium suum, Valentini Clauerium, & Hieronymum Clauerium fratres, eorumque posteros studens, magna aliqua dignitate honestare; in prototypo ipsis eade te Priuilegio interrogato: Concedimus, inquit, quod illa quatuor capita Maurorum nigrorum cum Crucerulea, quæ pro Insigniis, siue Armis propriis Regni nostri Aragonum in campo Argenteo tenemus: possitis, & valeatis vos, ac posteri vestri vna cū Armis, & Insigniis vestris in dicto campo Argenteo deferre. Quod quam bene quadret nostræ supra traditæ sententia, de Aragonum Regni, nominis initio, clarè liquet. Nostris verò (vt ad rem redeamus) huiusmodi prælio devicto, ad statua castra reuocatis, Oscenses citò Vrbē dedere. Nam A. D. V. Kal. Decem. eiusdē anni Rex Petrus eā ouans introiuit. Ac, quæ vetus semper consuetudo fuit, maximū illius templū, quod Arabes Mysleydam appellabant à nefaris eorū cultibus expiari fecit: in eoq; Oscensi antiqua Sede instaurata, Petrū Iaccensem Episcopum eidē præposuit. Qui deinde Oscensis Episcopus nominari cœpit: licet eum, ac plures illius successores, quandoque & Oscenses, & Iaccenses simul appellatos cernimus: cū re vera ante Hispaniæ cladem vna sola Oscensis Ecclesia Cathedralis extiterit. Aragonenses verò Episcopi, iam inde nominari desierant, postquam sub Rege Ramiro

mito primo Iaccæ Concilium Prouinciale celebratum fuit: de quo ante diximus. Sunt qui ferant, Christianos Muzarabes Oscæ repertos fuisse: qui in Parrochia Sancti Petri veteris, inclusi, Mauris vestigalia persoluentes, degebant. Eam postea Ecclesiam idem Petrus Rex, Sancti Petri Tumeriensis illustri ad Galliam cenobio attribuit: in quo, viuente patre, sacris dicatus egerat vitam frater Ranimirus. Præterea Balbastrum opidum, quod Mauri inter hos bellorum strepitus vindicarant, ab eorum manib. recuperauit; Pontioq; Rotensi Episcopo illius Ecclesia confulit: qui deinde Rotensis, ac Balbastrensis Episcopus vocatus est: cum Ilerda, totius diœcesis caput, sub Maurorum iugo adhuc esset. His igitur, aliisq; opidis bello adquisitis, Aragonum Regnum, ac nomen latius patuit: illi strisque etiam apud exteris gentes, his temporibus haberi cœpit. Rex autem Petrus merito adeptus fuit amplissimum, Felicis, Pii, Victoris, & Maximi Principis Cognomentum. Duas eum habuisse vxores perhibent: Agnetem, & Bertham; ex qua nullos filios habuit. Ex Agniete vero filium, & filiatu: Filiu: quidem, Petru: quem Cidi filiam, Domnam Solem vocatam, in matrimonium duxisse prodit: filiam vero, Isabellam, innuptam decesse. Alium præterea filium, Sanctum, eidem tributunt: atque hunc Cidi generum fuisse, alii memorant. Omnes tamen viuente pare obiisse, certum est: Ob eamque causam, quod Rex Petrus, progenie orbatus, mortuus esset; Alfonsum fratrem fuisse Regnorum cooptatum heredem. Obiit autem Rex Petrus A. D. IV. Kal. Octob. 20 Ann. Chr. ∞ c i v. Ad Sancti Ioannis de Pinna templum sepultus est. 1104.

ALFONSVS I. IMPERATOR, BELLATOR, Aragonum Rex IX.



ALFONSVS I. Bellator, Sancti IV. F. Petri I. frater germanus, Alfonsus Sancti interdum, patronymico nomine, à Sancto patre vocatus, nonus à Cesone Abarca Aragonum Rex; nihil à perenni, contestataque maiorum virtute degenerauit. Imo ei omnibus longè bellandi gloria antecelluit: vnde sibi illustre Bellatoris cognomentum adscivit. Fraterno iure Aragonum, Pompeion, Suprabiæ, ac Ripacurtiæ Regna adeptus est; vxorio autem, Castellæ, & Legionis: summus propterea totius Hispaniæ Imperator dictus. Plurima opida expugnauit: atque eò usque ferè Aragonum Regni fines, quibus hodie terminatur, protraxit. Nam Exam: nobileque

Tahustium opidum: Turiasonem, Calataubium, Darocam, Ruedam, antiquitus Segontiam: Nertobrigam, nunc Riclam, Iuliam, Celsam, Satitiensem, Althudebarem: Zueram, olim Zufariam, pluraque alia à Mauris eripiens, Aragonum Regno subiunxit. Verum quo illud magis auxit, & ornauit: tunc demum fuit, cum nostram hanc Cesaraugustam, Sedetaniæ Metropolim, amplissimam, potentissimam, & natura, siue, ac pulchritudine ædificiorum nobilissimam Vrbem expugnauit. Ea enim obtenta, ac universæ Aragonum ditionis primaria constituta, ipsius Aragonii nominis propagationi cumulus magnus accessit. Cuius tandem Vrbis Quadringtonos ferme annos, à misera nece Hispaniæ clade ad hæc tempora, Arabes fuerant potiti. Sub quibus, haud liquet, quisnam fuerit ipsius status, quæve Christianorum Muzatabum ibi degentium fortuna. Sed ex quo plures Sanctos Episcopos, inter ipsos fidei hostes, in eadem Civitate fuisse comperimus commoratos: nostros non valde oppressos vixisse coniicimus. De hac tamen re, à nullo hactenus, quem viderim, scripta, & à paucis fortasse intellecta, quæ insuere potuimus, nec extra rem nobis prorsus videmur facturi, si is, quæ à nobis superius tradita sunt, hoc loco diligenter annexamus. Quanius enim ea ad institutum nostrum non multum pertineant: legentibus speramus iucunda fore, & cuiusuis antiquitatis nostræ cognitionem nihil huic nostro proposito labori nocituram. Sexdecim igitur Cesaraugstanensium Maurorum Regulos fuisse obseruauit: quorum nomina, ac nonnullas res gestas hic apponendas duxi: ex quibus hanc, quam quærimus, ipsius Vrbis, sub eotum iugo, fortuinam facilius cognoscemus. Et licet parum per ab instituto sentmone digrediamur, quædam nos hoc loco repetere opus erit, eorum quæ initio de illius oppressione scripsimus. In quibus concinnandis suscepimus magnum laborem: nec feustra susceptum ducere possumus, si totum id, quod cupimus, essemus consequuti. Sed casu nescio quo, adeo huiusc rei series hactenus apud nos mansit obsecata, ut quodcumque eidem lumen præferatur, minimè sit paruipendendum.

MAVRI CÆSARAVGVSTANENSES REGVLI XVI.

Vt rem ergo à suis initiis ordiamur: ex Rasis, Arabis scriptoris, testimonio, quemadmodum supra exposuimus, bierinio post Ruderici Regis excidium, Ann. nempe Chr. 716. DCCXVI. Cæsaraugusta Vrbs in Maurorum venit potestatem. Plures tamen Christiani, Mauris tributa conferentes, in eadem Vrbe manserunt: qui Muzarabes propterea sunt vocati. Duo autem, ut diximus, præcipui Arabum copiarum ductores, ad Cæsaraugustā inuadendam conuererunt: scilicet, Muza Abenzuyrius alter: alter verò Tatiff Abenzacca. Hi ab Vlith Alcalifa, summo eorum Rege, & Africa in Hispaniam traecti; vel vi, vel dolo totam illam ferè, ut explicauimus, debellarunt. Ea re confecta, Tariffa in Africam revocatus est. Muza verò ab eodem Vlith totius Hispaniæ curationi præpositus, eiusdē, quamdiu vixit, potitus fuit. Sed eo deinde fatis functo, ipsem Vlith eandem Hispaniæ præfecturam Abdulazizio, Muzæ filio, commisit. Qui Egilonam, Ruderici Regis viduā, uxorem ducens, Hispali sui imperii sedem collocauit. Is autem Abdulazizius nimirum 719. est, qui Circ. Ann. Chr. DCCXIX. Abdemelichum Abencatanum misit nostris, ad speluncam supra memoriatam in Vruelle monte prope Iaccam conuenientibus, excidium ferre. Qua quidem re licet effecta, Abdemelichus, ob immaturam Abdulazizii mortem, intestinis suorum bellis distetus, nostros aliquamdiu premere destitit. Vnde antiqui Suprabiensis Regni promouendi initium patuit: de quo, suo loco, satis, superque dictum est. Post hanc igitur Abdulazizii mortem, Arabes Hispaniæ domitores, in varias factiones distracti, paulatim ab Alcaliffæ Vlith imperio secesserunt: cui per sexaginta annos, ab ipsa nempe Hispaniæ expugnatione, eo usque tempore paruerant. Carolo enim Magno, Francorum Rege, cuius fama virtutis totum ferè orbem compleuerat, Hispaniam transcendentem, Arabes nimio timore perterriti, cum eius aduentu contremiserent; ad illius potentiam propulsandam, summum sibi Regem in Hispania adscivuerunt; atque ut nonnullis placet, in Cordubensi nobili, ac illustri ciuitate. Vnde ea postea in ipsa Hispania fuit celerrima Regiæ Arabicæ dignitatis Sedes. Civilibus tamen seditionibus inter eos subortis, acris inualecentibus, diuersi Maurorum Reguli excitari ceperunt: qui cum alias singulis ditionibus Gubernatores tantum essent præpositi; eas deinde sibi sub singulorum Regnorum, etiam parvulorum, nominibus vendicarunt. Cumq; hi plures, in pluribus siquidem opidis, exstiterint: nos tantum Cæsaraugustanensem Regi' orum seriem hoc loco suscepimus annotandam.

I. IBNABA LÀ.

778.



PRIMVS itaque qui Cæsaraugustanensis Regulus vocatus inuenitur, quidam est Ibnabala, siue, ut aliis placet, Ibualarabi. Hunc ferunt, cum à suis Regno esset expulsus, ipsius Caroli Magni auxilio, cuius opem implorarat, Circ. Ann. Chr. DCCLXXI X. in Cæsaraugustanense Regnum restitutum fuisse. Atque ut Aemilii verbis utat, Cæsaraugusta à Carolo Magno paulisper obessa, in conditiones descendit, ut Christi famulos concionantes audirent; Ibnabalam recipierent: Regemque agnoscerent. Duosque finitos Reges, Abutaurum, & Deuiffezum, qui Ibnabalam domo exiisse insimulabantur, in castra venire cum donis Francus cogit, & vestigal pacisci. Ex quibus aperte colligitur, Ibnabala Regnum haud valde infestum Cæsaraugustanis Mužarabibus exstitisse: imo quod illis nimis esset propitius, à suis, insidiis appetitum, ac Regno pulsum fuisse.

II. MARSILIUS.

809.



Post Ibnabalam, Marsilius, siue Masillus Rex, Cæsaraugustæ regnauit. Is siquidem, qui Circ. Ann. DCCCIX. Castellanorum gentibus auxilium praestans, affuit præsens memorando illo in pcelio, quo ad Roncamvallem, Bernadi del Carpio, ac suorum virtute, potentes illi Francorum heroës, quibus tot fabulæ tribuuntur, deuicti cecidere. In ipsisque antiquis Canticis, quibus hæc insignis clades apud nos quotidie celebratur, huius Marsili Regis nomen prodit, quem nimium in ea tunc præstissime memorant. Eius autem feruntur esse, quæ visuntur hodie complanata, Dominorum Alfoze, iuxta Vicum Sceleratum domus.

III. MV-

III. MVZA ABEN HEAZIN.

MARSILII successorem in Regno fuisse appetet, Regem Muzá Aben Heazin, sive, ut alii tradunt, Aben Cazin, circ. An. Chr. DCCCXXX. cuius supra meminimus. Hunc Christianis parentibus natum ferunt. Postea tamen veram, ac Catholicam Religionem detinatus, Arabicamq; sectam complexus, nostris ad Pyrenæa commorantibus acre bellum commouens, eò vñq; perduxit; vt Sanctio, Suprarbiensis Regi quarto, & viro & Regni finē insulerit. Vnde apud nos primum interregnum patuit, ac noltrarum libertatū origo. Sed de his supra. Præter Cæsaraugustanense autē Regnum, plurimarum ciuitatum insignium est potius. Filium habuit, Aben Lope: quē Gubernatorem Toletanæ Vrbi præposuit. Ea n. ciuitas cùm à Cordubensis Regis fide defecisset; huius se addixerat imperio. Deniq; Muza Abē Heazinā amplā ditionem consequutus est, vt Miralmumi nimii Hispanēsis superhum apud Arabes cognomentum usurparet. Eius tempore, Seniorem Episcopum, Cæsaraugustæ sedisse circ. Ann. Chr. DCCCXXXIX. ex Diuī Eulogii testimonio colligitur: qui se iis temporibus Cæsaraugustam aduentasse refert, & ab eodem Episcopo humaniter exceptum, in ea aliqua vñdiū stetisse. Vterius etiam ipsius Muzæ Regis mentio facta roperitur circ. An. Chr. DCCCXLII. Eius verò potentiam nimis extenuatam perhibent.

IV. ABEN ALFAGE.

842.

MVZ & Aben Heazino, Rex Aben Alfage successit. Cuius memoria circ. An. Chr. DCCC LXIV. exstat. Ac fortasse eum, Muzz filiū appellare liceret, vt is sit, quē paulò ante, Abē Lope nominatū, diximus, ac Toletanę gubernationi à patre præfectum. Tamē præter nominis similitudinē, nihil aliud habeo, q; pro certo affirmare possum. Hius Abē Alfage Regi tempore, Helecā, Cæsaraugustanum Episcopum s̄epius nominatum comperio. An verò in ipsa Vrbe sederit, nequaquam inueni. Alfaierum opidum ab hoc Rege cōstructum, ab eoq; ita vocatum, dīcto Excellentiss. Domino Archiepiscopo Ferdinandu placuit: itidēq; & Regalē apud nos suburbanā domum, nūc Sāti Officii Inquisitionis ministerio dicatā. Quā non Aliaferiam, vt vulgō, sed potius Alfaieriā vocandā idē Excellentiss. in suis priuatis monumentis tradit, atq; ita in antiquis tabulis nomina ā inueniri, & quādoq; litera murata, Alfaieriā. Ea quidē Regia ædes fuit, suburbio amoenissimo loco, deliciarum causa, & voluptatis inter ippos ciuitatis hortos, à Mauris Regib. xđificata. Ex qua vetus, ac constans opinio est, per cœuernas magna impēsa fossas, subterraneum occultum quoddā iter, ab eisdē cōstructum fuisse, eō tandem directum, vt ipsi Reges Mauri ab ea suburbanā domo subtus terrā ad suos nefarios cultus expiandos occulti, ad suam, quā vocabant mezquitam maiore, quæ nobis hodierna die Templum maximum est, lōgo itineris spatio, se possent conferre. Quod affirmare minimè ausus fuisse, nisi præter hanc vulgarem traditionē, plurima hodie huiuscē subterranei itineris vestigia in quamplurimis Vrbis partibus inuenirentur: quæ opinionem vulgi certiorem faciunt. Aliam etiam excelsam Domum intra ipsam Vrbem Reges Mauri habuerunt, ad Iberi fluminis ripas constitutā: Azudam, Arabicē nominatā: quæ postea Conuentui Sancti Ioannis Hierosolymitani à Christianis Regibus tradita est, nuncq; sub Sancti Ioannis de los Paretes vulgari nomine appellata cernitur. Itaq; Alfaieriæ Regalis domus structura huic Aben Alfagio Regi tribuitur. Quem arbitror ab Archiepiscopo Toletano, Abohaget, paululum conciso nomine, nuncupari: cùm à nonnullis, Abenalfaget etiam vocaretur.

V. ABEN HAYA.

ABEN Alfagio Regi in Cæsaraugustanēsi Regno successisse perhibent Regem Aben Hayam, aliter Hieyam, vulgo Abenayre, sive Benayre vocatum. Cuius verūstior memoria exstat Circ. An. Chr. DCCCCIV. nouissima verò Circ. Ann. Chr. DCCCLXII. quo Ramiro, Legionensi Regi, subditius factus, tributa ei quotannis pende-re coactus fuit. Id verò Abderrahamen, sive, vt aliis placet, Abdarraghman Almançor, suminus Arabum in Hispania Rex, nimium agtē ferens, è Corduba, sui imperii sede, magno comparato exercitu, contra hunc Aben Hayam, Cæsaraugustam Vrbem ingressus, non solū eundē ad suam potestatē reduxit, verūm ambo ipsi Reges, ingentes acies bellicas aduersus Ramirum ipsum, Legionēsem Regē,

904;

912.

comparantes, eius ditionem inuaserunt. Legionensis verò Ramirus, ipsis obuiam procedens, cùm ad Septimancas ex utraque parte acies conuenissent, postquam diu, multumque pugnatum fuit; Ramirus tandem insignem victoriam reportauit. Cordubensi quidem Rege fugam arripiente, Aben Haya autem hoc, viuo ad Ramiri potestatem captiuo delato. Cuius nullam aliam mentionem factam inueni: hanc verò ad Septimancas pugnam Ann. Chr. DCCCCXXXVIII. collimissam fuisse.

VI. M V D Y R.



POST Aben Hayam regnauit filius Mudyr, vt in quibusdam priuatis monumentis annotatū vidi. Viuente vero patre, an eo mortuo, vel quo anno Regnum obtinuerit, incertum est. Sunt, qui assertant, istius Mudyri filium fuisse, Yram Almundafarem; quem aliquamdiu Regno potitum constat: sed interpositis prius duobus, qui sequuntur. Etenim cùm Cæsaraugustana Ciuitas his temporibus tota ciuilibus bellis flagraret, ex ipsorum Arabum dissensionibus ortis; Yra illius dominatu pulsus dicitur, quod fuisse parvulus relictus a patre: ac fortasse nisi fuisse postea per Castellæ Regem, ac Rudericum Biuarium, quem Cidum appellauere, vt explicabimus, restitutus; omnino desertus, atque electus mansisset. Sed iam de his dicendi locus erit, cùm de duobus Regulis, qui hoc interim spatio regnabant, dixerimus. Neque vero de eo, qui huic Mudyrio continententer successit, memorie proditum est, vt Regulo, atque Annū Chr. ∞ III. Quinimo in hæ tempora Cæsaraugustam diu Rege caruisse appetet.

VII. I M V N D A R.



SED eo Anno M. II. Imundaris, Cæsaraugustanensis Reguli, alicuius bimentione facta reperitur. Fertur enim eis ope, Abderrahamnum Almortadum Cordubense Regnum inuasisse, protinusque ab eo fuisse pulsum.

VIII. A L M U G D A B Y R.



IMUNDARIS successor proditur, qui cum Almugdabyr, siue, ut aliibi legitur, Almugtadyt. Quem Cæsaraugustæ regnasse Ann. Chr. M XXXVI. sat liquet ex cuiusdam Senioris Athonis Garcanes, & vxoris Domnae Blasquitæ membranula, quam legi: Fuit enim facta Carta illa, vt in ea notatur *Aera T LXXI V. Regnum in Zaragoza Almugdabyr.* Tum & illius clara exstat memoria *Circ. Annū Chr. M X I V.* Sed ea clarior, quod eum, primum fuisse, proditur ex omnibus Regulis Cæsaraugustanensis, qui nostris Aragonum Regibus tributa pensitarunt. Nam Circ. Ann. Chr. M L I V. nostri Regis, Ranimiri primi, cuius supra meminimus, subdititus, siue, vt nunc loquimur, *vassalus*, factus fuit: atque vt priscis illis seculis loquebantur, *mezquinus*. Et hoc mirificè conuenit, vt eius tempore Paternus, Cæsaraugustanus Episcopus, in ipsa Vrbe quiete sedere posset, ac de sui Cleri consensu Ecclesiam Sanctarum Massarum, nunc Diuæ Encratit vocatam, nouæ Iaccensi Ecclesiæ contribuere. Paternus enim, Cæsaraugustanus Episcopus de suorum Clericorum voluntate in Concilio Provinciali ad Iaccam Vrbem his temporibus, Ann. scilicet M L X I I. sub dicto Rege Ranimiro, celebrato, eandem Ecclesiam Iaccensi tunc creata contributam voluit. Qua de re ita à Gregorio VII. Pontif. Max. in Diplomate confirmationis illius, iisdem illis temporibus dato, decretum fuit. *Super hac omnia (inquit) addimus Sanctarum Massarum monasterium, cum redditibus suis, quod a Paternus Cæsaraugustano Episcopo, fauente suo Clero, Iaccensi Ecclesia collatum fuisse cognovimus.* Iam vt verisimile sit, quo tempore dictum Concilium indicatum fuit, quandoquidem hic Regulus, nostri Ranimiri Regis vassallus erat; Paternum Episcopum pacatè Cæsaraugustæ degere potuisse, cletumque siue Ecclesiasticum Ordinem ibidem repertum, suum liberum in eare consensum præstare. Atque per id temporis Sanctius Castellæ Rex, Ferdinandus filius, Ranimiri nostri ex statre nepos, Cæsaraugustam Vrbem adortus fuit, eamque sibi stipendiariam fecit. Neque diu post Ranimirus Rex vixit. Imo cùm ob eam causam Castellano Regi bellum intulisset magnum, & vehemens; improuiso ab illo (qui se aiebat, nisi fuisse Italacessitus, alioquin certè quieturum fore) ad Gradus arcem oppressus, An-

1003. 1036. 1045. 1054. 1062.

qui

quem diximus, Chr. M L X I I I . i. imperfectus fuit. At Almugdadyrius hic, & tate longius processit. Siquidem Ann. Chr. 80 LXXII I . qui Aeræ infra notatæ & quæ conuenit, eum in antiquis Pinnatensium rerum Commentariis scriptum est, aduersus Regem nostrum Sanctum IV. primi Ranithiri F. cum Sanctio Pompelonensium Rege, illius Garsia filio, qui ad Ataporcam interiit, firmissimum hoc fœdus icisit. Aera T C X I . VIII., Kal. Iulii Sanctius Pompelonensium Rex, & Almutadyr Vile (namque hoc illi nomen imponitur) die quo facta fuit concordatio Castrorum de Caparroso & Iuraverunt concordiam firmissimam. Conuenit enim Almutadyr dare Regi Sanctio 1200. manuissos auri, vel argenti: ita quod si vult argentam; accipiat septem Solidos moneta Casarangusta pro manuissu. Conuenit autem Rex Sanctio, mittere Carta ad Sanctio Ranimiriz, ut se, & omnes suos declinare faciat ad terra de Oscha, & reuerti in suam terram, & ut non faciat damnum in partes Casaranguste. Et si noluerit se lenare Sanctius Ranimiriz de terra de Almutadyr: statim caualgues Sanctius Rex cum toto suo potere super Sanctio Ranimiriz ad faciendum damnum in sua terra: & inter ambos donent ei alfechra; sicut in ligamentos primos scriptum est. Idem si Almutadyr necesse habuerit adiutorium, & requireret suum amicum Regem Sanctum: ipsem per suum corpus cum suis Barones ei adiunet. Et si tantum voluerit Barones; de te quantos Almutadyr voluerit, & donec sint in seruicio, & canalcata de Almutadyr: pro unoquoque de te donet, sic ut solitum est dare Baronibus de Castella, aut de Barchinona. Et statim quando fuerit tornatus de caualgata, & venerit ad Tutela; statim acceptis de Rege Sanctio placitis Hostaticis, pergaat cameo in unum super Castellos capiendo, quos tenet Sanctio Ranimiriz fortarios Regi Sanctio Garsia: & faciant eos reddere; & semper in uicem se adiuuent, tam super Christianos quam super Mozelmes. Iuro ego Almutadyr Vile per Deum, qui fecit calum, & terram, mare, & omnia, quæ in eius sunt, & per legem, quam tenent Mozelmes, & per omnes Iuras, quas omnes gentes in Deo uant; me non esse mentitum in nullo huius prescripti fæderis. Quod si mentitus fuero in aliquo: perdam sensum, & intellectum mentis meæ, & carens legem gentis mee cum ira Dei altissimi vadam ad Mecha: & non inde reuertar. Enneco scriba Regis notaui. Illius autem fœderis alibi factam mentionem non inuenio. Neque ex Archetypo me illa deprompisse affirmare possum: sed ex priuatis quibusdam, quæ dudum comperi, monumentis. Iccirco integrum erit cuius, quam sibi placuerit, fide in adhibere. De hoc autem 30 Almugdadyrio, ad cuius vitam, & Regnum & comprobandum hæc attuli, nequaquam accepi plura, quæ obseruem. Illud iam differre nequeo, quod paulò ante proposui: nimirum non continenter, sed intertupè fuisse Cesaraugstanenſi Regno tot annos potuit.

IX. YRA À ALMVNDAFAR.

YRA n. Almundafar, Mudyris filius, quæ retulimus fuisse; mortuo patre, ob eius uiles suorū seditiones, quib. ardebat tunc ciuitas, Regno spoliatum: dicto An. M LXIII. atq; eo exēunte, Cesaraugstanenſis Regulus vocatus inuenit. Cumq; per idē tēpus, seu nō multo ante, Castellæ Rex Sanctius Cesaraugstanæ Vrbē inuasisset, eamq; sibi fecisset vestigalē: sic inde, vt credibile sit, in hac retū mutatione dominorum etiam mutationē fuisse; atq; vt iste Yra Almundafar tunc, ipsius Regis Castellani opera; vnde eiecl̄ fuerat, Rex restituatur. Neq; tamen diu potuit ipsa Vrbe frui. Nā simulatq; Castellanus Rex ab ea pedē dist. essit; illum Vrbe pepulit Almugdadyrius: & vsq; ad illud saltē tempū tenuit illā, quo fidē suā cōtra nostrum Regē Sanctum IV. Ranimiri I.F. cum Sanctio Rege Pompelonensium deuinxit: vt à me paulo est ante dictum. Postea verò Almugdadyrio mortuo neq; n. longius, quād ad dictum facti fæderis annum illius vitam productā puto: hic Yra Almundafar amissam Regni possessionem recuperauit: in eaq; cōstituit, quamdiu vixit. Iā que Ann Chr. M LXXV I . cum illius Vrbis quiete potiretur, Raimundus, Garsia Nauarre Regis filius, fraternali sanguine pollutum, in ea exstotrem exceptit: in qua Raimundus ipse miserè vixit, & obiit. Neptem reliquit Marchesiam; quæ cuidam Azenario Lupi, primario viro, nupta fuit. Sandius autem LV. noster Rex, a Pompelonensibus interea vocatus, Nauarræ tunc, vt memorauiimus, Regnum obtinuit. Rursus Almundafarem hunc Regulum, cum Ruderico Biuario, Cido cognominato, magna amicitia fuisse coniunctum perhibent. In illo atiq; de quo ante dixi, Castellani Regis ad Cesaraugstanæ Vrbē aduentu, gratiam huiusmodi inter eos initā coniicio. Etenim Cidum ipsum illius itineris, ac Castellani Regis consiliorum omnium socium, & adiutorē fuisse p̄risca nostra monumēta testātur; sepiusq; Cesaraugstanæ, Regnante hoc Regulo, cū eō sterisse. Demum ipse